
DE MARIA

Scotorum Regina, totaque eius contra Regem coniuratione, fœdo cum Bothuelio adulterio, nefaria in maritum crudelitate & rabie, horrendo insuper & deterrimo eiusdem parricidio: plena, & tragica planè Historia.

(*)







Vm rerũ domi iudicatarum foris rationẽ exigi, omnibus qui sui sunt iuris, nouum, & ob insolentiam molestũ est, tum nobis profectò longè molestissimum videri oportet: quippè quibus necessitas imposita est, vt quorũ vitia tegere cupiamus, eorum vitam cogamur oppugnare, nisi ipsi omnium sceleratissimi haberi velimus. Sed magnam eius molestiæ partẽ leuat tua (Serenissima Regina) æquitas, quæ non minus molestè feras propinquã, quàm nos, Reginam, omnium sermone traduci, quæq; non minus veri intelligendi, quàm nos calumniæ vitandæ, studio ducaris. Igitur, quàm breuissimè fieri potest, rem perstringemus: ac tanto exponemus compendio, vt summa rerum capita, non tam explicasse, quàm percurrisse videamur, à prima Reginæ inconstantia exorsi. Vt enim præceps fuit in nuptijs faciendis eius leuitas, ita repentè sequuta est vel pœnitẽtia, vel (nullis extantibus causis) alienatæ voluntatis indicia. Nam cum anteà non modò negligenter, sed parum honorificè Rex est habitus, tandem apertius odium erumpere cœpit: illa præsertim hyeme, cum Peblium, non modo tenui, sed infra priuati hominis dignitatẽ, comitatu, non in aucupium mis-

Nuptiæ Reginæ Scotiæ cum Rege.

Odium Reginæ Scot. erga maritũ post nuptias.

ſus eſt, ſed procul à Conſilio, & negotiorũ publicorum conſcientia, ablegatus. Neq; literis committere neceſſe eſt, eas res, quæ vt tum omnibus erant ſpectaculo, ita nunc, velut recens imago, in omniũ hæret pectoribus. Et quanquàm hoc initium erat omnium, quæ ſequuta ſunt, malorum, ab initio tamen occulta erant Conſilia: vt non modo vulgus, ſed nè familiares quidem, & qui plurimis rebus gerendis intererant, ſatis intelligere poſſent, quid potiſſimum tum Regina ſpectaret.

An.1566 Aprill. Tandem circiter menſem Aprilem, anni, 1566. cum à Dumbaro Edinburgũ Regina rediſſet, atq; in arcem eius Oppidi conceſſiſſet, ibi vſq; ad puerperij tempus ſe continuit. A partu ſtatim occulta cogitati ſceleris Conſilia, ſeſe aperire cœperunt: quorum hæc ſumma fuit. Vt Rege qualibet ratione ſublato, matrimoniũ cum Bothuelio contraheret. Ac ne ipſa ſuſpicione perpetrati ſceleris contingeretur, ſpargere paulatim ſemina diſcordiarum cœpit, inter Regem, & Proceres, qui tum in Aula verſabantur: Ac magis & magis eis inflammatis, ad capitales inimicitias rem deducere. Et ſi quando ſuſpiciones mutuas relangueſcere ſentiebat, nouis vtrinq; delationibus, irarum ſtimulos acuebat: dum Nobilitati Regem, Regi Nobilitatem in caput eius imminere, perſuadere conatur. Neq; quicq̃ ci lon-

Perfidia Reg. Scot. erga maritum poſt puerperiũ.

Regina cũ Bothuelio, in necem Regis conſpiratio.

Inimicitias inter Regẽ & Nobilitatẽ ſerit.

ei longius videbatur, quàm vt res ad manus veniret: incerta enim vtros vinci mallet, vtriusq; partis cladē in lucro sibi ponebat: quippe quæ gradum ad id quod intenderat, ita sibi factura videretur. Deniq; breui, ita omniū animos mutuis impleuit suspitionibus, vt nemo tum genere paulo illustrior in Aula esset, quem non in eam necessitudinem induxerit, vt rumores de se fictos, vel turpiter agnoscere, vel cum arguentibus armis cōtendere, vel domum secedere cogeretur. Ac vt cœtera, studio ad ipsū causæ caput festinandi, omittam, vna tamen illius temporis insignis calumnia prætereunda non est. Nam cum Rex aliquandò ad multam noctem cum Regina colloquutus fuisset, eius ferè colloquij hæc summa fuit: Nobilitatem propè omnem in eius exitium conspirasse, ac rationem inter se inire, qua eum tollere possent. Rege dimisso, Regina Moraujum fratrē suū (qui Prorex postea fuit) accersit: rem esse atrocē, statim eius præsentia opus esse. Ille è profundo somno excitatus, trepidè (veste talari super indusium lineum iniecta) vt erat seminudus ad eam aduolat. Simili propè ibi oratione vsa, quali ante ad Regem: quem tanto eius odio flagrare ait, ac tam ægrè ferre, quòd eum apud se gratiæ locū obtineret, vt ipsum cum primum posset,

Comes Morauia Reginæ frater Prorex Scotiæ.

Lites inter comitē Morauium & Regem per Reginam excitata.

posset, de medio tollere decreuerit. Ita, quod in ipsa erat, nihil omisit quò minus eos committeret, & procul dubio cómisisset, nisi Deus homines innoxios è tam periculosis insidijs eximere, & sceleratam illius nequitiam detegere statuisset.

Cum hic ei conatus frustrà fuisset, alia fraude hominem adolescenté, & incautum aggreditur. Eum sollicitat vt, dum vterum ferret, aliquam, è magna copia, adolescentulam deligeret, cuius intereà consuetudine vteretur. Studium suum, & operam pollicetur, veniam facti spondet: Comitis Morauij vxorem ostendit: non quòd lectissimam fœminam maximè opportunam flagitio putaret, sed tres inimicos vna opera volebat vlcisci: Regem, Comitem, eius vxorem: & locũ diuortio acquirere, vt vacuũ Bothuelio thalamũ relinqueret. Partu liberata, etsi alios omnes satis comiter accipiebat, quoties Regé, visendi causa, adesse nunciebatur, & ipsa, & comites, vultum, sermonemq; ita effingebant, vt nihil magis timere viderentur, quàm ne Rex non intelligeret se eis fastidio, aduentum, conspectumq; eius omnibus ingratum esse. Cótra vero Bothuelius vnus, omnia poterat: vnus cósilijs, vnus negotijs omnibus præerat. Adeòq; Regina, sui ergà illum animi propensionem ab omnibus intelligi volebat,

Regina lena munus marito præstat.

Insidiosum Reginæ cõsilium.

vt si quid ab ea impetrandũ foret, nemo, nisi per eum, impetraret. Adeò timebat, nè obscurus erga eum fauor esset.

Non adeò diû post partum, quodã die, summo manè, cum paucis admodũ conscijs, ad Portum (quem nouum vocant) descendit: omnibusq; mirantibus quo properaret, nauiculam ibi præparatã conscendit. Apparauerant autem eam nauiculam, Gulielmus, & Edmundus Blacateri, Leonardus Robertsonus, & Thomas Dicsonus, Bothuelij clientes, & notæ rapacitatis piratæ. Hoc igitur cum Latronũ comitatu, stupentibus omnibus bonis, se mari cõmisit, nemine (ne ex honestioribus quidem ministris) assumpto. In Alóa verò arce, quo Nauis appulit, qualiter se gesserit, malo apud se quisq; cogitet, q̄ ex me audiat. Vnũ illud affirmare audeo, nullam ibi (non dico Reginex maiestatis, sed nè Matronalis quidem modestiæ) in omnibus dictis & factis habitã fuisse rationem. Rex audito nec opinato Reginæ discessu, terra, quantũ potuit, eam est cõsequutus: ea spe, & consilio, vt vnà esset, & mutua coniugali officiorum cõmunicatione frueretur. Quàm verò amicè ab ea fuerit exceptus, & omnes qui aderant norunt, & qui de illis audierunt, meminisse possunt. Vix enim paucis horis (dum ministri, & equi, cibo & quiete reficeren-

Guliel. Blacaterus. Edmundus eius frater. Leonard. Robertsonus. Tho. Dicsonus, piratæ clientes Bothuelij.

tur) concessis, nè quid grauius accideret, discedere est coactus. Illa verò, si non regia honorificentia, certè plus q̃ regia, aut certè parũ regia licentia, aliquot ibi dies transegit. Sequutæ sunt venationes, altera ad Magatam fluuium, altera ad Saltũ, quem Glenartua vulgò vocant. Ibi q̃ se morosè, quàm arroganter, & fastidiosè, erga Regem gesserit, quid opus est oratione? rès enim in omnium oculis gesta, & memoria consignata est.

Regina erga Regem insolens superbia, & fastidium.

Vbi verò Edinburgum rediјt, non in suum Palatium, sed in priuatã, in proximo Ioannis Balfurij, domũ diuertit. Illinc in alias Ædes cõmigrauit, vbi Conuentus anniuersarius, quem Scaccarium vocant, tum habebatur. Hæ enim ædes erant laxiores, & hortorũ aderat amœnitas, & iuxta hortos penè solitudo. Sed erat & aliud, quod omnibus his magis inuitaret. Habitabat in propinquo Dauid Camerius, Bothuelij cliens: cuius posticum erat hortis ædiũ Reginæ propinquũ. Per id posticum Bothuelius, quoties libitum erat, cõmeabat. Cætera quis nescit? Nã & rem ipsam Regina, cũ multis alijs, tum Proregi, & matri eius est confessa: sed culpã in Reresiam, profligatæ pudicitiæ mulierẽ conferebat, quæ inter pellices Bothuelij fuerat, ac tũ in intimis Reginæ ministris erat. Ab hac (quæ ætate inclinata

Regina furtiua itinera.

Dauid Camerius Bothuelij cliens.

Reresia meretrix, & lena.

ta à meretricio quæstu, ad Lenonium se contulerat) Regina, vt ipsa dicebat, prodita est. Nam Bothuelius per hortum in Cubiculũ Reginæ introductus, eam inuitam vi compressit. Sed q̃ inuitam Reresia prodiderit, tẽpus veritatis parens ostendit. Nam post paucos dies, Regina vim vi, vt reor, vlcisci cupiens, destinat Reresiam (quæ & ipsa vires hominis anteà erat experta) quæ eum ad se captiuum adduceret. Regina vnà cum Margareta Caruo, omnium secretorum conscia, eam è zona suspensam, per maceriem, in hortum propinquum demittunt. Sed nunq̃ in re militari omnia sic prouideri possũt, vt non aliquid incommodi interueniat. Eccè zona repentè frangitur. Reresia, mulier & ætate, & corpore grauis, cum magno strepitu cadit. Sed veterana miles, nihil tenebris, nihil altitudine maceriæ, nihil inexpectato casu perterrita, ad Bothuelij cubiculum penetrat: foribus reclusis, hominem è lecto, è complexu coniugis, semisomnum, seminudum, adducit ad Reginam. Hunc rerum gestarum ordinem, non modò maxima pars eorum qui cum Regina erant, sunt fassi: sed & Georgius Daglesius, Bothuelij cubicularius, paulò antè quàm pœnas luit, denarrauit: quæ eius confessio in Actis continetur.

Regina cũ Bothuelio adulteriũ.

Reresia meretrix Reginea libidinis ministra clam per zonam dimissa ad Bothueliũ mittitur.

Fides historiæ testimonio confirmata.

Rex a Regina spretus reiectus & exclusus. Interea Rex propemodum relegatus, iniurijs & miserijs ablegatus, Sterlini se, cum paucis ministris, continebat. Quid enim aliud faceret? Vt qui apud Reginam nullum gratiæ locum obtineret, sed nec, vnde pauculos ministros, & equos aleret, sumptus quotidianos haberet: denique, qui iurgijs (ob leuissimas nugas) ortis, & quæsitis criminandi causis, abigeretur. Animus tamen eius, in amando obstinatus, prohiberi non poterat, quo minus Edinburgum rediret, vt omni obseruantiæ genere aditum aliquem in pristinum locum gratiæ, & vitæ coniugalis societatem, impetraret. Qui iterum, per summam contumeliam exclusus, iterum vnde venerat reuertitur, vt ibi (velut in solitudine) suas deploraret miserias. Non adeo multis, post id, diebus, cum Regina statuisset Iedburgum proficisci, ad Conuentus iuridicos habendos, circiter initium Octobris, Bothuelius expeditionem in Liddiam adornat. Ibi cum neq; pro loco quem obtinebat, neq; pro familia & expectatione se gereret, à latrone moribundo vulneratus, in arcem Heremitagium, incerta etiamnum vitæ spe, defertur. Id vbi Borthuicum ad Reginam delatũ est magnis itineribus, aspera iam tum hyeme primum Melrosiam, inde Iedburgum, velut insana, peruolat.

Octob.

Bothuellius a latrone vulneratus de vita periclitatur.

Eò etsi certi de eius vita rumores perferebantur, tamen impatiens moræ animus, sibi temperare non poterat, quin & flagitiosam libidinem proderet, & alieno anni tempore, spretis viarum difficultatibus, & latronum insidijs, se in iter conijceret cum eo comitatu, cui nemo, paulo honestior, suam vitam aut fortunas committere auderet. Inde Ieburgum iterum reuersa, summo studio & diligentia, ad Bothuelium eo transferendũ, omnia confert & comparat. Eoq; illuc traducto, eorum conuictus & consuetudo, parum ex vtriusq; dignitate fuit. Ibi, siue ob nocturnos, diurnosq; labores, ipsis parum decoros, vulgo infames, siue occulta aliqua Numinis prouidentia, Regina in morbum adeo sæuum, & exitiabilem incidit, vt nulla propè spes de eius vita cuiquam superesset.

Regina libido moræ impatiens.

Reginæ erga Bothuellium amor & studium.

Regina morbo letaliter laborat.

Id Rex vbi resciuit, maximis itineribus Iedburgum contendit, vt Reginam inuiseret, languentem solaretur, & quibus posset officijs, suum animum, & studium ei gratificandi testaretur. Aduenienti vero tantum abest, vt hospitium victusq; (quod mediocribus etiam hominibus fieri solet) apparatus sit, vt ne vllum quidem amici animi indicium senserit. Illud vero barbaræ inhumanitatis fuit, quod nobilibus, omnibusq; qui aderant

Regis erga Reginam fides et gratia sedulitas.

aulæ ministris interdictũ est, ne quis aduenienti assurgeret, hospitio cederet, vel ad se, in vnam saltem noctem, reciperet. Cũ verò Morauij (qui postea Prorex fuit) Reginæ suspecta esset humanitas, agit cum vxore eius, vt properè domum redeat, morbũq; simulet, ac statim decumbat, vt saltem hoc prætextu Rex excluderetur, per occasionem aduersæ valetudinis. Ibi cum omnibus humanitatis officijs destitueretur, postridiè in antiquam solitudinem cum summo animi mœrore, reuertitur. Interim dum Rex in illa omnium & rerum, & amicorum inopia, vix precarium inuenit gurgustium, Bothuelius ex ædibus, vbi antea diuersabatur, velut de Rege triumphans, per ora vulgi in hospitium Reginæ transfertur in cœnaculum inferius, sub eo in quo Regina decumbebat. Ibi cum adhûc laborarent, illa è morbo, ille ex vulnere, Regina, in summa corporis infirmitate, tamen eum quotidie inuisebat. Et cum vterq; paululum conualuissent, nondum satis firmis viribus, ad consuetam redierunt palæstram: idq; adeò apertè, vt nihil magis timere viderentur, quàm ne ignota esset sua nequitia.

Regina plusq̃ Scythica inhumanitas.

Fœda & aperta Reginæ adulteria.

Nonæ Nouẽb.

Circa Nonas Nouembres cum Iedburgo in vicum, nomine Calco transisset, ibi Literas à Rege accepit. Quas cum legisset

legisset corã Prorege, Comite Huntleio, & Secretario, vultu tristi, miserabiliter se crucians, ac si in pristinum esset recasura morbum, planè ac disertè pronunciauit, nisi aliqua ratione à Rege liberaretur, vitam sibi nullo modo fore vitalem. Ac si alia ratione non posset, potius quàm in illis molestijs viueret, sese sibi manum illaturam. Proximis deindè diebus, dum per Merciam rediens, apud Coldingamiam commoratur, Reresia, dum per excubias transit, agnita, ac dimissa est. Quos autem habuerit comites, aut quo id noctis iret, Reginæ non est ignotum. Indè cum circiter finem Nouembris, venisset ad Cragmillarium (ea arx ad duo passuũ milia distat ab Edinburgo) ibi præsentibus Comitibus Morauiæ (qui postea Prorex, nunc & ipse occisus est) Huntleiæ, & Argatheliæ, & Secretario, in superioris tẽporis incidit orationẽ: ac rationẽ etiam qua id fieret, vt sibi videbatur, cõmodissimã subiecit. Vt videlicet litẽ de diuortio aduersus Regem intenderet: neq; dubitabat, quin id facilè fieri posset: cum eo consanguinitatis essent gradu, qui iure Pontificio vetitus esset matrimoniũ contrahentibus: literis (quod facile erat) de medio sublatis, quibus ea lege soluerentur. Hic cum quidam Scrupulum iniecisset, id si ita transigeretur, eorum filium

Regina liberationem expetit a Rege.

Reresia Reginæ nuncia sterũ emittitur.

Nouẽb.

Regina sub consanguinitatis prætextu regi intendit actionẽ diuortij.

spurium fore, quippe qui extra matrimonium natus esset, præsertim cum neuter parentum causas, quæ irrita facerent matrimonia ignoraret. Id responsum, cum paulum in animo secum versasset, ac sciret verum dici, & consilium de filio tollendo aperire non auderet, propositum de diuortio abiecit: nec tamen vnquàm ab eo die Regis perimendi consilium omisit, vti ex hijs quæ sunt sequuta, facilè intelligi potest.

Consilium de occidendo Rege agitat Regina.

Rex Sterelino ad Cragmilarium reuersus, cum existimaret eam placabiliorē erga se fore, iracūdia paulum spatio temporis mitigata, adeo nullum animi mutati sensit indicium, vt nihil ei in quotidianos vitæ vsus, nisi Sterelini maneret, erogaretur. Quæ res vehementer auxit pronam sua sponte vulgi suspitionem de quotidiana Reginæ cum Bothuelio consuetudine. Sub initium fere Decembris, cum Legati venissent è Galia & Anglia ad Baptismum eius, qui nunc Rex est, celebrandum, hîc vt Bothuelius inter Proceres conspicuus esset, ipsa, partim ei ad vestimenta coemenda, pecuniam erogabat, partim de Mercatoribus emebat: omnibusq; conficiundis tanta diligentia præerat, q̄ si, non dico vxor, sed ne ancilla quidem foret. Intereà legitimus eius maritus, in filij Baptismo, nō modo subsidio eius

Decēb.

Baptismus filij è Regina nati.

Studiū Reginæ in ornādo Bothuelio.

eius ad sumptus faciendos destitutus, sed in conspectum Legatorum prodire vetitus, ministri quotidiani ei detracti: Nobilitas tota sequi, obseruare, ac propemodum agnoscere prohibiti: Legati exteri moniti, ne cum eo colloquerentur: cum intereà maiorem diei partem omnes in eadem arce diuersarentur. Homo adolescens ita contemptim & inhumaniter habitus sic animum despondit, vt Sterilino relicto, Glascuam ad patrem proficisceretur, discedentem Regina solito prosequitur odio. Vasa argentea, quibus à nuptijs ad eum vsq; diem vsus erat, aufert vniuersa, ac Stannea supponit. Sed hoc ad contemptum pertinuerit. Quę secuta sunt, inhumanæ feritatis, & implacabilis odij manifesta sunt argumenta. Antè quàm mille passus Sterilino abesset, tam vehemens dolor simul omnes corporis partes afflixit, vt facilè appareret non à vi alicuius morbi, sed ab humana fraude id profectum. Cuius fraudis indices liuentes pustulę, cum Glascuam venisset, toto corpore eruperunt, tãto cum dolore, & omnium partium vexatione, vt exiguâ vitæ spe duceret spiritum: cum interim Regina nè Medicum quidem eũ adire sit passa.

Regina ornamentis & suppellectile Regē spoliat.

Hæ pustularum eruptiones facilè Veneni suspicionem arguunt.

Ceremonijs Baptismi peractis, egit cum fratre Morauio, vt quãdo Comitem

Comes Bedfordiæ Reg. Angliæ in Scotia Legatus.

Bedfordiæ, Reginæ Anglorum Legatum, ad fanũ Andreę deducturus esset, a Bothuelio peteret vt is quoq; vnà proficisceretur. Qui liberaliter quidem promisit: etsi & ipse, & Regina illius commenti author, nihil minus cogitaret: quod & euentus facilè ostendit. Nam simul atq; Rex Glascuam, alij fanum Andreæ versus profecti sunt, ipsa cum Bothuelio suo ad Drumenū abijt, indè Tilebarnium: Quibus in domibus circiter octo dies transegerunt ita in cunctis cœnaculis, & familiari accessu, vt omnes (præter ipsos tam proiecti pudoris) contemptus, & neglectæ famæ vilitas vehementer offenderet: cum iam nè velum quidem suæ nequitiæ eos obtendere viderent.

Regina & Bothuelij fucata consilia, & furtiui congressus.

An. 1567 Ianuar.

Cùm sub initium Ianuarij Sterilinum redissent, Regina cœpit causari ædes, in quibus filius educabatur, incommodas, quòd in locis frigidis & humidis, puero à pituita esset periculum: Sed facilè apparebit, alio animo id fieri: cùm & omnia quæ causabatur vitia ab illius ædibus abessent, & in eis, quo puer ducebatur, adessent: vtpotè in loco humili & etiam palustri sitis. Puer igitur vix septimum ingressus mensem, aspera hyeme, Edinburgum ducitur. Ibi, quoniam primus conatus parùm successerat, & veneni vis

natu-

naturali corporis firmitate, victa erat, vt aliquando pareret quod tam diù parturierat, noua de cœde Regis init consilia. Ipsa Glascuam proficiscitur: causa itineris prætenditur, vt Regem viuum inuiseret, cuius toto mense superiore, mortem expectauerit. Quæ autē vera fuerit illius profectionis causa, facile ex literis eius ad Bothuelium, quiuis intelligat. Iam secura de filio, quem in potestate habebat, tota in mariti exitium imminens, it Glascuam, comitata Hamiltonijs ac alijs paternis Regis inimicis. Bothuelius, vt conuenerat, quæ ad scelus perpetrandum visa sunt commoda apparat: Inprimis ædes neq; commodas ægroto, neq; Regi decoras (erant enim laceræ, ac ruinosæ) vt in quibus nemo aliquot annis habitauerat: loco infrequenti, inter duorum Templorum ruinas, circum pauca pauperum mendicabula. Et ne vlla sceleris patrandi commoditas abesset, posticum in muro vrbis ædibus coniuncto aperitur, vt in agros etiam essent peruiæ. In loco eligendo, salubritatis rationem habitam videri volebat: id quoq; ne finxisse videretur, ipsa biduo eo, quod cædis diem præcesserat, in cænaculo inferiore sub Regis cubiculo pernoctauit: ac velut sedulò suspiciones ab se amoliebatur, ita cædis ministerium alijs libenter de-

Regina filij vitam veneno petit.

De tollendo Rege via præstruitur a Regina & Bothuelio.

Comes Bedfordiæ Reg. Angliæ in Scotia Legatus.

Bedfordiæ, Reginæ Anglorum Legatum, ad fanũ Andreę deducturus esset, a Bothuelio peteret vt is quoq; vnà proficisceretur. Qui liberaliter quidem promisit: etsi & ipse, & Regina illius commenti author, nihil minus cogitaret: quod & euentus facilè ostendit. Nam simul atq; Rex Glascuam, alij fanum Andreæ versus profecti sunt, ipsa cum Bothuelio suo ad Drumenũ abijt, indè Tilebarnium: Quibus in domibus circiter octo dies transegerunt ita in cunctis cœnaculis, & familiari accessu, vt omnes (præter ipsos tam proiecti pudoris) contemptus, & neglectæ famæ vilitas vehementer offenderet; cum iam nè velum quidem suæ nequitiæ eos obtendere viderent.

Regina & Bothuelij fucata consilia, & furtiuus congressus.

An. 1567. Ianuar.

Cùm sub initium Ianuarij Sterilinum redissent, Regina cœpit causari ædes, in quibus filius educabatur, incommodas, quòd in locis frigidis & humidis, puero à pituita esset periculum: Sed facilè apparebit, alio animo id fieri: cùm & omnia quæ causabatur vitia ab illius ædibus abessent, & in eis, quo puer ducebatur, adessent: vtpotè in loco humili & etiam palustri sitis. Puer igitur vix septimum ingressus mensem, aspera hyeme, Edinburgum ducitur. Ibi, quoniam primus conatus parùm successerat, & veneni vis

natu-

naturali corporis firmitate, victa erat, vt aliquando pareret quod tam diû parturierat, noua de cœde Regis init consilia. Ipsa Glascuam proficiscitur : causa itineris prætenditur, vt Regem viuum inuiseret, cuius toto mense superiore, mortem expectauerit. Quæ autê vera fuerit illius profectionis causa, facile ex literis eius ad Bothuelium, quiuis intelligat. Iam secura de filio, quem in potestate habebat, tota in mariti exitium imminens; it Glascuam, comitata Hamiltonijs ac alijs paternis Regis inimicis. Bothuelius, vt conuenerat, quæ ad scelus perpetrandum visa sunt commoda apparat : Inprimis ædes neq; commodas ægroto, neq; Regi decoras (erant enim laceræ, ac ruinosæ) vt in quibus nemo aliquot annis habitauerat : loco infrequenti, inter duorum Templorum ruinas, circum pauca pauperum mendicabula. Et ne vlla sceleris patrandi commoditas abesset, posticum in muro vrbis ædibus coniuncto aperitur, vt in agros etiam essent peruiæ. In loco eligendo, salubritatis rationem habitam videri volebat: id quoq; ne finxisse videretur, ipsa biduo eo, quod cædis diem præcesserat, in cænaculo inferiore sub Regis cubiculo pernoctauit : ac velut sedulò suspiciones ab se amoliebatur, ita cædis ministerium alijs libenter de-

Regina filij Gitam Veneno petit.

De tollendo Rege Via præstruitur a Regina & Bothuelio.

legari volebat.

Triduò ferè priusquàm Rex interijt, Robertum fratrem suum cum eo cõmittere tentauit: vter eorum periisset, pro lucro habitura. Pro semine discordiarum, Regina, sermonis quem Rex secum de fratre habuisset mentionem iniecit. Et quum vterq; ita dissereret, vt alterum videretur arguere mendacij, tandem à verbis penè ad ferrum deuentum est. Sed cum vterq; iam manum capulo admoueret, Regina velut metuens nè fieret, quod expetebat, Morauium alterum fratrē aduocat: vt illi quoq; vel præsentia exitium, vel in posterum crimen strueret.

Atrox simultas inter Regem & Robertū Reginæ fratrem per Reginam excitata.

Cum illac res non succederet ex sententia, aliam deriuandi criminis rationem commenta est. Morauius cùm abesset ab Aula libenter, tum etiam iustam absentiæ excusationē haberet, quòd vxor partui vicina, graui prætereà morbo laborabat: Intereà, cum à Duce Sabaudiæ Legatus adesset, is color visus est Reginæ idoneus, vt fratrem accerseret. Vera autem reuocandi eius causa erat, quòd in eum, & Mortonij Comitem, cædem Regis transferre volebat. Et eadem opera homines populares, & tyrannidem molienti aduersarios tolli volebat. Sed Morauio diuina clementia, quæ sæpè anteà plurimis inimicorum eum insidijs liberauerat,

Morauius secessionem ab aula facit.

uerat, tum quoq; manifestè affuit. Nam die dominico, qui nonus erat Februarij, cùm in templum ad Concionem iret, literæ ad eum afferuntur, vxorem abortũ fecisse, ac in exiguà spe vitæ animam ducere. Hoc nuncio repentino perculsus, cum à Regina Comeatum peteret, ea respondit, si res ita se habeat, superuacuum fore laborem itineris, vt qui nihil ægrotæ profuturus esset. Sed cùm ille vehementius vrgeret, illa contra petit ab eo, vt ea tantum nocte maneret, postridiè ad vxorem abiret. Sed diuina (vt sæpè aliâs) clementia, hominem innocentem & præsenti periculo subtraxit, & calumniarum in posterum semina sustulit. Quanquàm, nè sic quidem, etsi suspicionum causæ aberant, calumnia caruit. Nam Huntleius, & Bothuelius, cùm verè non possent, sparsis Libellis famosis, maculam fœdissimi sceleris ei aspergere conati sunt: & cùm cœdes post mediam noctem esset perpetrata, antequàm illucesceret, per idoneos homines, rumores per Angliam dissemin arũt, qui cædis authores Morauium, & Mortonium perferrent. Sed is rumor, luce veritatis oborta, vt falsa ferè solent, confestim euanuit.

Februar.

Morauius reuocatus ac dei beneficio a perpetrata cædis omni liberatus suspitione.

Huntleius, & Bothuelius cædis Regiæ Morauium & Mortonium falso insimulant.

Omnibus rebus ad crudele facinus apparatis, occasionibus autem deriuandi criminis præcisis, veriti popularis con-

iurationis ne mora, aut impedimentum afferret, aut occulta consilia nudaret, properandum statuunt. Regina igitur postquàm cœnauisset, de more, ad Regis diuersorium conscendit. Ibi cùm nihil omittere statuisset, quod reconciliati amoris indicium fore videretur, aliquot horas cum eo transegit, vultu & sermone magis familiari, quàm superioribus sex aut septem mensibus consueuerat. Aduentu Paridis, colloquium dirimit, ac reditum adornat. Erat autem Paris iuuenis, natione Gallus, qui in familijs Bothuelij, Setoni, ac deinde Reginæ, aliquot annis vixisset. Is, cum cœteræ diuersorij claues penes Regios ministros essent, cōfictis causis; neq; satis iustis, nec idoneis, claues anterioris ianuæ, & posticæ, à Bothuelio retentas custodiebat. Huic summa erat secretorum inter Bothueliū, & Reginam fides. Eius aduentus, indicium (vt conuenerat) erat, omnia ad facinus apparata. Eo igitur conspecto, Regina statim assurgit, atq; aliam abeundi causam simulans, Ego, inquit, in Sebastianum vehementer deliqui, quæ in nuptijs eius hodiè personata non affuerim. Erat is Sebastianus, Auernus genere, homo, & ob psallendi peritiam, et Sales, Reginæ admodum gratus, & eo ipso die vxorem duxerat. Rege propemodum solo in solitudine

De morte & cæde Regis tota tragœdia & coniuratio exponitur.

Regina quo modo se gerit ante necem Regis.

Paris, Gallus minister coniurationis & socius.

tudine

tudine illa relicto, Regina discedit, Comitibus Argathæliæ, Huntleiæ, & Casilissæ eam deducentibus. Reuersa in cubiculum, post mediam noctē satis longo sermone cum Bothuelio collocuta, cum vir nemo, præter custodum corporis præfectum, adesset. Hoc quoq; secedente, Bothuelius sine arbitris relictus, paulò post in suum cubiculum recedit: vestem, nè ab obuijs agnosceretur, commutat: penulam laxiorem, qualis Germanorum equitum est, superinduit, & ad destinatum scelus, per excubias, progreditur. Quæ autem fuerit facinoris conficiendi tota ratio, ex eorum confessionibus, qui eo nomine pœnas luerunt, facilè intelligi potest.

Nocturna colloquia Reginæ cū Bothuelio ante Regis interitum.

Bothuelius penulatus per excubias ad cædē Regis proficiscitur.

Peracto, cuius causa profectus erat, facinore, Bothuelius redit: ac tanquàm omnium quæ gesta erant, ignarus, it cubitum. Regina intereà exitus expectatione suspensa, mirum quàm (vt ipsi videbatur) venustè suas partes egit. Nam nec ad fragorem ruentium ædium, qui totam vrbem concusserat, quicquam commota, nec ad vulgi, quæ sequuta est, trepidationem, dissonosq; clamores (nihil enim opinor ei nouū acciderat) donec Bothuelius iterum è lecto, trepidum se simulans, assurgit, & ad eam vnà cum Comitibus Argathæliæ, Huntleiæ, & Atholiæ, item

cum vxoribus Comitũ Atholiæ, & Marriæ, & Secretario, adierunt. Ibi dum prodigiosum facinus narratur, dum pro se quisq; factum miratur, Regis diuersorium ab imis vsq; fundamentis in aera sublatum, Regem ipsum mortuũ. In illo maximo stupore & trepidatione omnium ordinũ, animus ille heroicus Reginæ adeò non in humiles lamentationes, & indecoras regio nomini, sanguini, ordini, lachrymas se proiecit, vt priorum temporum omnem constantiæ fidem, vel æquarit, vel superarit. Illud quoq; ab eadem animi magnitudine profectum, quòd maiorem eorum, qui aderant, partem exploratum rei gestæ ordinem mittit, stationes militum sequi iubet. Ipsa deindè se ad quietem componit, vultu adeò tranquillo, atq; animo imperturbato, vt ad meridiem vsq; diei insequentis, placidè conquieuerit. Sed nè omnis humanitatis expers in mariti morte videretur, paulatim tandem clauditur, luctus breui finiendus indicitur. Vulgus, incertum lugeat an rideat, in diuersas cogitationes distrahitur: cùm iuxta periculosum esset, simulationẽ aulicam vel agnoscendo, palàm contemnere, vel malè simulando, videri agnoscere. Cùm alius aliorum sermo, pro cuiusq; captu, & ingenio, esset: de quæstione interim decernenda nulla fit mentio.

Cubiculum Regis puluere sulphurio a fundamentis concussum.

Regina quo animo quo vultu & gestu mortẽ mariti accepit.

Tandem,

Tādem,postridiè, paulò post meridiem, cū & pudor,& timor eos cogeret, princeps author facinoris Bothuelius, cum aliquot consćijs, conueniunt ad Comitē Argatheliæ, quòd is rerum capitalium perpetuus quæstor esset. Primùm, tanquàm omniū quæ gesta erant ignari, rem nouam, anteà inauditam, incredibilem mirantur. Deinde quæstioni paulum vacare incipiunt: pauperculas aliquot è vicina mulierculas conuocant. Quæ incertæ vtrum expediret magis,loqui,an tacere, etsi sermonem temperarent, tamen cùm plus effutiuissent, quàm expectabāt iudices,tanquàm temerè loquutæ dimittūtur. Earum enim testimonia,etsi quosdam vrebant, facilè erat contemnere. Accersūtur domestici Regis, quos ea calamitas non absumpserat: negant claues in sua potestate fuisse. Quis igitur eas habebat? aiebant Reginam. Differtur quæstio in speciem, re vera supprimitur: nè si longius progrederentur,aulæ secreta iñ vulgus prodirent.

De morte Regis vix vlla quæstio aut peruestigatio decernitur.

Ne tamen res neglecta videretur, proponitur Edictum, præmia decernuntur iudicibus. Sed quis auderet Reginā, aut (quòd penè periculosius erat) Bothuelium arguere tam nefandi facinoris? præsertim cùm ipse idem author,iudex,quæsitor pœnæ,exactor esset futurus. Hic ta-

Indicium simulatis edictis fucatum.

men metus, qui singulorum ora comprimebat, vniuersos continere non poterat. Nam & Libellis propositis, & picturis, & nocturnis per tenebras clamoribus effectum est, vt facinoris authores facilè intelligerent arcana sua illa in vulgus prodijsse. Et cum nemo dubitaret qui scelus designassent, qui operas cōtulissent, quātò magis ipsi sua nomina supprimere conabantur, tantò magis vulgi dolor inhibitus erumpebat. Hęc etsi se contemnere simulabant, tamen interdum eos adeò ad viuum rumores stimulabāt, vt suum dolorem dissimulare nequirent. Itaq; antiquata de morte Regis quæstione, subit altera, multò acrior, aduersus libellorum authores, & Bothuelij (vt ipsi dicebant) calumniatores. Quę adeò seuerè exercebantur, vt neq; pecuniæ, nec hominum, nec equorum labori parceretur. Pictores omnes conuocantur: qui scripturam facerent ad vnum accersuntur, vti de picturis & libellis propositis, iudicarent. Ac nisi pictor quidam se eum esse, de cuius opere contenderetur, professus fuisset vltrò, alter innocens, leui suspitione attactus, pœnas daturus erat. Additur quæstioni conueniens Edictum, quo, non proponere modò, sed propositum ab alio legisse, capitale erat. Sed nec isti, qui capitalis pœnæ cōminatione sermones vulgi com-

Libellis & picturis sceleris authores notati.

Vulgi rumores contra Reginā, & Bothuelium passim dissipati.

Sæuum edictum contra picturas, & Bothuelij calumniatores.

compescere studebant, sæuissima Regis morte satiati, odium erga mortuum remittebant. Bona defuncti, arma, equos, vestes, reliquamq; suppellectilem Regina, aut eius interfectoribus, aut paternis inimicis (non secus ac si in fiscum relata fuissent) diuisit: paternosq; eius subditos, velut prædæ accessionem, penè ad extremam redegit inopiam.

Illud verò crudelitatis nouum, & inauditum fuit exemplum, quòd velut animum supplicio, ita oculos spectaculo trucidati corporis, pascere voluit. Spectauit enim, nō modò secura, sed etiam auidè, corpus omnium huius ætatis pulcherrimum. Deindè repentè, sine vllo funeris honore, nocte per Baiulos, vili feretro, propè Dauidem Rizium sepeliendum curauit. Hæc cum omnibus nota essent, & minas pœnarum populi indignatio, dolendi libertas metum vicisset, paulatim domi vultum fingere, & simulatione luctus, populi offensi animum placare conatur. Nam cùm in more esset, à priscis vsq; temporibus, vt Reginæ post maritorum obitum, quadraginta dies nō modo cætu hominum, sed lucis etiam abstinerent aspectu, simulatum quidem luctum est aggressa: sed animi superante lætitia, foribus quidem clausis, fenestras aperit: & abiecta lugubri veste, intra

Dira crudelitatis exemplum in Regina erga maritum.

Rex sine funeris honore, nocte prope Dauidē Riziū sepelitur.

Luctus Reginæ simulatus.

quartum diem ſolem, cœlumq́; aſpicere ſuſtinuit. Illud incommodè prorſus euenit, quòd cùm Henricus Kilgreus, ab Anglorum Regina ad eam conſolandam (vt mos eſt) veniſſet, tota ſimulationis ſcæna ab homine peregrino detecta eſt. Nam cùm, Reginæ iuſſu, in Palatium veniſſet, quanq̃ homo diù in aulis principum verſatus, ac minimè præceps nihil properãter ageret: tamen adeò inoportunè, theatro non dum ornato, interuenit, vt feneſtras apertas, lumina vix dum accẽſa, cœterum hiſtrionicum apparatum diſiectum apprehenderit. E quadraginta verò diebus, qui legitimi ſunt luctui, duodecim ægrè, ac non plenè tranſactis, cùm nec ſimulatio procederet, & affectus veros tam citò prodere puderet, tandem, confirmato animo, contemptis huiuſmodi nugis, ad ſe redit, ac veros mores profitetur. Ad Setonum cum paucis, nec ijs adeò mæſtis comitibus, aduolat. Ibi Bothuelius, quanquàm ſumma, qua tum erat in Aula gratia, & maiorum nobilitas, & honores poſtulare viderentur, vt ſplendidiſſimè, ſecundum Reginam, acciperetur, tamen proximum Culinæ cubiculum ei datur: neq́; tamen omninò incommodum ad luctus minuendos: erat enim Reginæ cubiculo ſubiectum, & ſi quid repentini doloris accidiſſet, ſcalæ erant

Regina luctu longe ante tempus abiecto ſeſe iterum reficit cum Bothuelio.

erant anguſtæ quidem illæ, ſed quæ aditum tamen Bothuelio ad eam conſolandam præberent.

Intereà rumore in Galliam perlato, Crocus (qui ſæpè anteà in Scotia Legationibus erat perfunctus) interuenit, quanquàm omninò incommodè. Eius ſuaſu, ex illo, etiam in Gallia infami latibulo, Edinburgum reditur. Sed apud Setonum tot commoditates habebat, vt vel cum famæ diſpendio, eo redeundum eſſet: ibi conſilia, magnis Regni de rebus, aguntur. Omnis autem conſultationis illud caput erat, vt Bothuelius cœdis reus ageretur, ac per coactos ad id iudices, purgaretur. Leuiores iudicum gratia & pollicitationibus: grauiores, quos ad ſpeciem addi oportebat, metu ad eum abſoluendum poſſe adduci. Nam præter Libellos paſſim ſparſos, & Regis pater, Leniniæ Comes, eum palàm cœdis authorem deferebat. Sed inſtabat ordinum conuentus ad 13. Aprilis: ante quem diem iudicium peragi volebant. Ea feſtinatio in cauſa fuit, vt nihil iure, nihil ordine, nihil more maiorum, in eo iudicio fieret. Accuſatores de more citari debebant, proximi, vxor, pater, filius: vt vel ipſi adeſſent, vel procuratores mitterent: legitimi erant quadraginta dies: pater adeſſe ante 13. diem iuſſus, idq; ſine amicorum aduocatione,

Comes Leninia Regis pater Bothuelium Regia cædis reum peragit.

April.

Iudiciū de cæde nullo ordine, nulla seruata iuris forma tumultuaria festinatione cōtra Bothueliū instituitur.

catione, cum sua tantum familia, quæ, in summa eius inopia, ad paucissimos erat redacta: Cùm intereà Bothuelius cum magnis agminibus tota vrbe volitaret. Et quia neminem, tam certo periculo proposito, putabat accusationi subscripturum (tanta erat apud eum negligentia, tantus legum, & iudiciorum contemptus) vt constitueretur iudicium de cæde, quæ nono die facta diceretur, cùm decimo Februarij Rex fuisset interemptus.

In iudicibus cōstituendis nullus habitus delectus, nec permissa reiectio.

In iudicum lectione, & reiectione, eadé fuit seueritas: à Sicarijs ipsis iudices lecti, cum nemo esset, qui reijceret.

Comes Cassilissa.

Comes Cassilissæ, cum mulctam, de more, soluere mallet, quàm iudex legi, neq; Reginæ roganti, minantiq;, & annulum, ad fidem faciendam & precum & minarum mittenti, pareret, metu tandem relegationis, & pœnæ coactus, de sententia discessit. Sedent iudices non lecti ad decernendum, sed selecti ad absoluendum: agitur causa sine aduersario: iudicium capitis, in quo nemo accusat, nisi à reo suppositus: vt non in foro causam, sed in Theatro fabulam agi putares. In tanta rerum securitate (videte quæso quantum valeat in vtramq; partem conscientiæ testimonium) prodijt de repentè, ex inopinatò, Iuuenis è familia Comitis Leniniæ, apud quem officij ratio

vicit

vicit metum periculi. Is proteſtatur eum confeſſum iudicum non eſſe: quippe in quo nihil iure, nihil ordine ageretur. Ad hanc vocem tantus metus eſt iniectus iudicibus, vti omnes vno ore proteſtarentur, nè ſibi aliquando fraudi eſſet, quòd reum abſoluerent, cuius nemo eſſet accuſator: Itē quòd cædis eum abſoluiſſent, quæ facta diceretur nono Februarij, cum Rex decimo die eſſet occiſus. Hoc eſt illud nobile iudicium, quo Bothuelius, nō crimine liberatus, ſed velut atramento Sutorio lotus, nuptias Reginæ honeſtius ambire volebat: turpior maritus futurus, quàm antea fuerat mæchus. Ad cumulum huius abſolutionis, propoſitus eſt libellus in celeberrimo fori loco, Bothuelium, etſi legitimo iudicio à cæde, cuius falſò arguebatur, legitimè purgatus eſſet, tamē, quo ſuá innocentia omnibus foret manifeſtior, ferro decernere paratum, ſi quis integra fama, & honeſto loco natus, eum Regiæ cædis inſimularet. Nec defuit qui poſtridiè, per libellum publicè propoſitum, acciperet conditionem, modo locus certamini decerneretur, in quo ſine metu nomen auderet profiteri.

Proteſtatio contra iudicium.

Proteſtatio iudicum.

Bothuelius in iudicio abſoluitur, Vbi nemo accuſare audet.

Bothuelius in cauſa defenſionē ad monomachiam prouocat.

In hoc motu animorum, conuentus ordinum habetur. Ibi, cum per octo ferè dies de tollēdo iudicio, quo pater Hunt-leij maieſtatis erat damnatus, ac filio reſti-

Parlamentū in Scotia celebratū.

tuendo in bona & honores paternos, actum esset: nonnulla item blandimenta plæbi concessa: ac inprimis Ecclesiæ, vt leges aliquot papisticæ tyrãnidis, de pœnis eorum qui contra decreta Romanæ sedis mutire auderent, tollerentur. Hæc etsi in vulgus grata erant, vnum tamen supererat, quod non minus Reginam angeret, quàm populum offenderet: consuetudo videlicet illa cum Bothuelio, nec tam palam, quàm Regina cupiebat, nec tam occulta, vt populum falleret: præsertim omnium oculis in eos coniectis. Nam cum Bothuelius vxoré haberet, & diuortium expectare longum esset, & intereà Regina nec palam habere, nec clam potiri, nec omnino eo carere posset, velamentum si non honestũ, saltem aliquod quæritur. Et cum nihil aliud succurreret, inprimis lepidum commentum visum est, vt Bothuelius Reginam per vim raperet, & ita eius pudori consuleret. Igitur paucis post diebus, dum Sterilino redit Regina, à Bothuelio capta Dumbarum ducitur. Volens ne, an inuita, ex literis ad eum ex itinere scriptis, facilè quiuis intelliget. Sed, vt, vt, res erat, vti raptus iniuria nuptijs honestis aboleretur, Bothuelij vxor cogitur in duplici foro de diuortio litem intendere.

Regina post Regis obitũ, nuptias ambit cum Bothuelio, viuente adhuc Bothuelij vxore.

Regina callidissimo commento diuortium serit inter Bothueliũ eiusq; coniugem.

Apud iudices authoritate Regia delegatos

gatos ad ius dicendũ in hoc genere caufarum, accufat vxor maritum de adulterio, quæ vna iufta apud eos erat diuortij caufa. Apud iudices papifticos ordinum quidẽ decreto vetitos, tamen ab Archiepifcopo fancti Andreæ ad hanc caufam cognofcendã datos, accufatur, quòd antè matrimonium, cum propinqua vxoris, ftupri confuetudinem habuiffet: cælato interim pontificis Romani diplomate, quo venia eius culpæ facta erat. Nulla diuortio, nec in teftibus, nec in iudicibus, mora. Intra enim decimum diem, lis fufcepta, incepta, cõteftata, difceptata, dijudicata eft, apud vtrofq; iudices. Relata ad Dumbarum diuortij fententia, Bothuelius omnes amicos & clientes vndiq; conuocat, vt Reginam, quæ captiua videri volebat, Edinburgum reducerent. Hij cum armati plæriq; conueniffent, in itinere dum Reginam reducunt, metus multorũ animos perculit, nè aliquandò accufari poffent quòd Reginam captiuã tenerent. Vt cœtera defint, hoc vnũ fatis argumenti effe, quòd armati circa eam, in rebus ac temporibus alioqui pacatis, effent. Hoc fcrupulo iniecto, abijciunt omnes in medio itinere lanceas: & pacatiore, faltem in fpecie comitatu, eam in Arcem Edinburgenfem ducunt. Quæ & ipfa in Bothuelij poteftate erat. Ibi cum Bothuelio

Regina per vim fefe rapi patitur a Bothuelio.

Bothuelij vxor propter raptum Reginæ cogitur litem diuortij cõtra maritũ perfequi.

commorata, dum Bannæ quas vocant denunciarentur, tùm demum ex arce in oppidum descendit, & ad consilium publicum iudicum accessit: pronunciant se liberam, ac sui iuris. Ac ità demum innuptas illas nuptias intra diem octauum confecit (omnibus bonis eas adeò execrantibus, aut certè abominantibus) vt Crocus Regis Francorum Legatus, homo Reginæ studiosissimus, & Gutianæ etiam factionis, & in propinquo habitans, licet multum rogatus, non existimaret è sua dignitate ad cœnam adesse. Hæc ad 15. Maij. An. 1567. acta sunt. Decimo quinto verò proximi Iunij, Bothuelio, vel conscientia sceleris perterrito, vel ab Regina ablegato, ipse ad Proceres, qui parricidã publicũ ad suppliciũ deposcebant venit.

Bothuelius ex turpi mœcho, turpior maritus, turpissimus vero homicida, nuptias cũ Regina conficit.

Maij.
Iunij.

Bothuelius tanquam publicus parricida ad supplicium a proceribus deposcitur.

Quæ ab eo die gesta sunt, non admodum ad præsentem causam pertinent. Et quanquàm longior fortasse, vestra opinione, mea fuit oratio, tamen facilè sentio, dum exitũ aliquem narrationis quæro, multa me præterijsse, plurima festinandi studio leuiter percurrisse, nihil ferè pro sceleris atrocitate explicasse.

Actio contra Mariam Scotorum Reginam in qua ream & conſciam eſſe eam huius parricidij, neceſſarijs argumentis euincitur.



ÆC cùm & literis, & teſtibus ita teneantur, & in totius populi conſcientia ſic hæreant, vt nec qui maximè occulta ea cuperent, infiſciari tamen poſſint: Quis locus ingenio hîc relinquitur? aut quis diligentiæ vſus eſſe poteſt, in re perſpicua vel confirmanda, vel refellenda? Omnia enim tam clara, tam manifeſta, tam mutuis viribus nixa ſunt, vt externis probationibus nō egeant: omnia tam teſtata, vt argumentis non ſit opus. Nam ſi quis à me, quod in alijs cauſis fieri ſolet, tanti ſceleris cauſas requirat, poſſem quoq; de eo viciſſim quærere, cùm de tempore,

Actio, in qua Regina Scotiæ arguitur parricidij.

cùm de loco, cùm de facto, cùm de authore constet, quorsum opus est in causis excutiendis immorari? aut quibus facultatibus res gestá sit, inquirere? Rursus cùm tot odiorũ causæ suppetant, tot indicia se sponte proferant, vt rebus etiam incertis fidem facere possent, superuacua tam longa rei gestæ explicatio videri poterit. Sed tamen cum tanta sit & sceleratorum in negando impudentia, & impudentium in fingendo confidentia, experiamur quibus armis veritas, aduersus hæc monstra, tueri possit innocentiam. Igitur si causas tanti facinoris quærãt, dico fuisse inexpiabile odium. Quæro ab istis odium ne fuisse negent? ac tantũ fuisse, vt nõ nisi sanguine potuerit satiari? Si odium negent, illud respondeant: cur mulier adolescens, diues, nobilis, deniq; Regina, adolescentẽ formosum, propinquum, Regij item generis, & (quod

Odium Reginæ contra maritum implacabile demonstratur.

(quod maius est) amantē, ab se ablegauit propè in exilium, hyeme aspera, in loca nec copijs abundantia, nec incolis frequentia, ac ferè semper latronibus infesta? Cur in Colles desertos & nudos, tenui viatico, in aperta pericula; propè nullo comitatu, dimisit? aut quid aliud, si maximè odisset, & è medio sublatum vellet, quid inquam aliud consuluisset? At nihil tale timuit, credo. Sed ego istam animi securitatem, odij obstinati indicium esse arguo: præsertim cum & loca cognosceret, & pericula non ignoraret. In illa igitur loca maritum illum, cui non ita pridém nupserat, inuitis ciuibus, inuitis vtriusq; amicis, sine quo durare nō poterat, quem vix è conspectu dimittere audebat, in mortem incertam, sed certa pericula amandat.

Quæres ex me mutati animi causas? quid si me ignorare dicam, satis

est ad id quod volo, monstrare odium fuisse. Quid si ego quæram cur adolescentem modo visum, tam impotẽter prius amauerit? Cur tam properanter nupserit, & immodicè honorarit? Ita quarundam sunt ingenia, præsertim quæ suæ fortunæ magnitudinem ferre non possunt, vehemẽtes habent in vtramq; partẽ affectus, impotenter amant, immoderatè oderunt: & quocunq; inclinant, non consilio reguntur, sed impetu feruntur. Possem è monumẽtis vetustis infinita referre exempla, sed malo de se illi credere. Reuocate in memoriam partem illam Epistolæ ad Bothueliũ, qua se Medeam facit, hoc est, fœminam quæ nec in amore, nec odio modum teneat: possem & alias odiorũ (etsi non iustas) tamen quæ animum impotentem impellere, & præcipitare queant, causas proferre. Continebo me tamen. Et, si per eam liceat, vtcunq;

Odij causæ exquiruntur.

Regina ipsamet in literis ad Bothueliũ sese Medeã, Bothueliũ Iasonem facit.

cunq; de suis ciuibus merita est, quãtum per causam publicam licet, parcam eius honori: parcam etiam plus quàm per causam liceat. Omitto igitur alias odiorum causas, illûc redeo, odisse certum est, nec leuiter odisse.

Vultis etiam aliud odij argumentum? vxor indulgens, quandò coniugis non potest, Lenæ munus marito se præstituram promittit. Fratris vxorem potissimum delegit, quam sui loco ei obijciat. Quam huius repentinæ mutationis causam esse existimabimus? Quæ modò omnes suspitionum auras aduersus maritum colligebat, & vbi verisimiles non suppetebãt, affingebat manifestè falsas: nec id, dum amaret, sed postq̃ odisse cœperat, sollicitè faciebat, cum diuortij omnes quæreret occasiones, Nunc offert vltro quam amet, studium suum ostentat, operam pollicetur. Quid causæ opinemur? vt marito

Aliud odij argumentum.

Regina operam lenæ marito pollicetur.

gratificetur? at oderat, & si amaret, etiam in muliere facinus istud incredibile est. Vt Rex mutua stuprorum conscientia deuinctus, Riualem facilius ferret? at inuitus ferebat. Vt inuenta causa diuortij, vacuũ Bothuelio thalamum relinqueret? hoc profectò petebatur. Sed nec hoc solum. Nullum in hac muliere simplex flagitium putatote. Oderat Morauij vxorem, eo odio quo omnes mali bonos oderunt. Vrebat eam dispar vtriusq; fama. Et maritum eius cum Rege committere volebat, vt duabus simul molestijs se liberaret. Videtis quot, quantasq; res, vna opera conficere conetur. Inimicum adulteri, & suæ licentiæ moderatorem, & maritum inuisum, se sublaturam opinatur, dum, per scelerũ tot diuersa genera, ad sceleratas nuptias festinat.

In Vno Reginæ facto quot quantaq; cõcurrunt flagitia.

Per sceleratas cædes et discordias, ad sceleratas nuptias Regina adultera festinat.

Quid illa Morauij, de multa nocte, tam trepida vocatio? Diem

expectare non poterat? quæ tam subita formidinis occasio? Timebat videlicet mulier concordiæ inter Proceres studiosa, fratris amans, mariti amantißima, ne fratrem, de nocte, Rex, quem ipsa exarmauerat, aggrederetur. Exarmauerat dico? imò omni honesto comitatu spoliauerat, quem iurgijs muliebribus lacessendũ curauerat, idq; per vnam comitum suarum, non minus perfrictæ frontis, quàm profligatæ pudicitiæ. Metuebat ne is adolescens, omnibus amicis destitutus, omnibus miserijs circumuentus, inuaderet, de nocte. Quem hominem? Reginæ fratrem, fama & opibus florentem, summa apud omnes ordines gratia. Vbi inuaderet? in arce munitißima, vbi nec ad fugam esset exitus, nec ad Reginæ misericordiam aditus. Qua de causa inuaderet? Inimicitiæ erant nullæ, nisi quarũ ipsa semen iecerat. Quid

 si id

Regina execrabili cōsilio inimicitias inter proceres dissemmat.

si id ipsum maximè expetebat, quod se maximè timere simulabat? Nam alioqui cur fratrem, de nocte, inermem ad se aduocat? Cur non illud saltem mouet, vt quia & præter, & propter fores Regis eundum erat, vt saltem arma capiat? Imò cur nō aut periculi monuit, aut accersere in proximum diem distulit? Sed longè aliud agebatur. Regem à se, vti putabat, inflammatum odio Morauij dimiserat. Itaq; non difficilè fore putabat, vt Rex recenti ira percitus, ætate præceps, ob amorem credulus, inmicum, nudum, incomitatum, inermem conficeret: atq; ita Regem ad cædem, ira inflammatum mittebat: Morauium, nudum, & incomitatum, & incautum, in insidias præcipitabat. Hæc mens, hic animus eius erat. Sed praua consilia, vtcunq; callida, non semper sunt fælicia.

Quid illud, quòd post partum, quo

quo tempore, mulieres aliæ in maritorum charitate maximè conquiescunt, in aspectu allenamentum doloris sentire se fatentur: quæ eo tempore maritum abigit, quid aliud facere eam existimabimus, quàm, quod est apud comicum, præ amore, vt fit, cum excludere foras? At illa tenellula quæ maritum aut excludit, aut intromissum statim abigit, quæ ad eius conspectum nauseat, cui, eo præsente, dolores oboriuntur, cùm in Myoparone, cùm piratis & latronibus erat per puppim, & duros gaudeat tractare rudentes, nō iam quæro quem amet, quem oderit? Quòd etiam ad Aloam suæ voluptatis molestum interpellatorē abegerit: quòd iterum Edinburgum ad se profectū reiecerit, non accuso: non mariti odio, sed animi sui causa, fecisse credam. Quòd rursus Iedburgi ad se non admiserit, ignosco. Cuius enim

Alia odij manifestissima indicia.

Rex toties à Regina indignissime acceptus, reiectus, & ludificatus.

 mortem

mortem tantoperè expetebat, nō immeritò metuebat, ne vis morbi, eo conſpectò inualeſceret. Quòd autem vetuerit, ne quiſquàm eum hoſpitio ſuſciperet, ne quis cibo, potúuè iuuaret: quòd propemodum aqua, & igni interdixerit, odij profectò immanis indicium. Sed contagium etiam timuiſſe videtur, ſi vel in vicino maritus verſaretur. Quòd à Cragmillario rurſus Sterilinum eum remiſerit, non queror. At quòd rebus omnibus ſpoliauerit: miniſtros abſtulerit, ſumptus imminuerit, nobilitatē alienauerit, hoſpitum conſpectu eum probibuerit, & (quòd in ipſa erat) cœlum, ſolum, aeris hauſtum viuo abſtulerit, inhumanitatem, odium, feritatem, an truculentiam appellem dubito. Quòd autem Sterilino abeunti, vaſa argentea abſtulerit, ignoſco. Quid enim ei opus argento erat, qui præſentem in ſinu mortem efferret?

Prodigioſa Regina erga maritū inhumanitas.

efferret? Illud verò quantum omnium indignationem conciuerit, cogitate: quòd cùm Rex in ſolitudine, ſqualore, & egeſtate verſaretur, interim Bothuelius, tanquàm Simius in purpura, Legatis externarũ gentium oſtentabatur: & æmulus, non minus in mariti inuidiam, quàm ob ſui amorem, omnibus rebus ornatus produceretur: & is æmulus, qui nec genere, nec forma, nec vllis honeſtis artibus, eſſet cum marito comparandus. Hîc velim odij fuiſſe negent indicia.

At quantum, & quàm implacabile id fuerit odium, vel hinc colligite. Maritus toties excluſus, toties cum ignominia dimiſſus, ad extremam redactus inopiam, in angulum extremum, procul ab aula, procul ab oculis hominum relegatus, miniſtris, & inſtrumento domeſtico ſpoliatus, & propemodũ victu neceſſario fraudatus,

Odium Reginæ in maritũ quàm implacabile & immane fuerit.

 datus,

datus, nullis iniurijs abigitur, nullo metu mortis deterretur: obsequijs, & patientia, immitis animi violentam feritatem si non frangere, certè aliqua ex parte lenire conatur. Quid interim bona vxor, clemens Regina, & in calamitatibus hominum lenis, & misericors? Nec officijs, nec precibus, nec squalore, & sordibus mariti flectitur: neq; tempore mitigatur, nec satiatur supplicijs. Imò verò obsequio irritatur, precibus accenditur, & ad omnem eius aduentum nouam contumeliæ accessionem comminiscitur. In quibus vbi omnem ingenij vim, & naturæ acerbitatem consumpsit: vbi miserum adolescentem, nec penuria pressum deficere, nec ab omnibus contemptum, & toties periculis obiectum tamen animum despondere, aut quidquam in se grauius consulere videt: tandem velut miserijs & supplicijs eius satiata,

Summa Regis humanitas, & obsequia, Summis iniurijs retaliata.

ata, statuit illum ærumnis, se molestijs, metu riualem liberare: ac per idoneos eius rei ministros venenum ei dandũ curat: vt videlicet absens, minore suspicione moreretur. Sed de veneno alio loco dicam.

Regina venefica veneno maritũ tollere laborat.

Vbi hæc machinatio non satis ex sententia ei procedit, Glascuam ipsa proficiscitur: vt quem absentem tollere non poterat, præsentis præsens miserijs animum truculentũ, & oculos etiam expleret. Et tanquàm ipsa ad exigenda supplicia, per se non sufficeret, suorum quidem flagitiorum administros, illius verò paternos inimicos, ante oculos adduxit, & supremos eius spiritus hijs tormentis excarnificare tentauit. Sed quorsum argumenta, tanquàm in re dubia colligimus, cum ipsa non sinat nos dubitare: ipsa, inquam Regina palàm professa est, non apud amatorem in lecto, nec inter conscias in cubiculo,

Regina sua ipsius confessione tenetur.

nec apud paucos & ignobiles, fortuna ad assentandum natos, penuria coactos, consilio deditos, ipsa palam confessa nullam sibi, nisi a Rege liberatæ, vitam fore: nec id semel, neq; temerè, & apud eos viros quos de rebus grauissimis adhibere in cõsilium solebat. Temerè enim effusum credi non potest, quod toties, tot locis, tam distantibus, etiam adiectis ad fidem lachrymis, apud homines, genere, diuitijs, fama, prudentia præstantes dixit: de quo suam ostendit sententiam, illorum captauit assensum, expectauit consilium. Sed simulauerit illa, simulatæ fuerint lachrymæ, qui audierunt non crediderint, & magnitudo sceleris orationi fidem abroget. Et ego profectò me libenter in eo numero censerem, qui tentandi causa hæc prolata, potius quàm ex animo crederent, nisi res verba comprobaret, & factorum immanitas, verborum

borum acerbitatem longè superaret.

Abituro enim Glascuam, venenum dandum curauit: per quem inquies? quomodo? quale? vnde parauit? me ista interrogas? quasi scelerum ministri, sceleratis Regibus vnquàm desint. At vrges fortassè, & qui sint isti ministri me rogas. Primum de veneno constat. Nam, vt hominum impudentia rem tam apertam inficiari vellet, tamen morbi genus nouum, vulgo incognitum, Medicis ignotum, ijs præsertim qui in Italia & Hispania minus versati essent: liuentes toto corpore pustulæ eruperunt: cruciatus omnium membrorum, fœtor intolerabilis. At signa dubia sunt, multorum morborũ communia sunt. Hæc si causa apud Catonem illum censorium ageretur, omnia nobis expedita forent: quippe qui nullam adulteram non eandem veneficam esse sibi persuaserat. Quærimus

Veneni crimẽ Reginæ intenditur.

rimus locupletiorem Catone teſtem, cuius ſingulas ſententias, totidē oracula vetuſtas exiſtimauit? Cuius authoritas, in rebus dubijs, ſæpè plurimum valuit, in re manifeſta ei non credemus? Dicit teſtimonium homo ſumma integritate, ſumma fide, & aduerſus fœminam dicit, odio mariti, adulteri amore flagrantem, & in vtroq; genere morbi effrænem, & impotentem fortunæ, potentia furentem, & ſuis diuitijs indulgentem. Sed vetera & obſoleta mittamus: & à cauſa regia, vulgi incōſtantiam repellamus: neminem in re tanta teſtem recipiamus, cuius vel in fortunam ſuſpicio, vel in mores reprehenſio cadere poſſit. Quibus igitur teſtibus vtemur? Iſta enim lege, Regum aliquis producendus eſſet. At iſta facinora non magnis viris & bonis, ſed malis & ſceleratis miniſtris committi ſolent. Sed vt hîc quoq; moro-

ſiſſimis

ſiſſimis ſatiſfiat, age, Regium teſtem citemus. Legite ipſius Epiſtolam: epiſtolā, inquam, ipſius manu ſcriptam. Quid ſibi vult illud? Non multum deformatus eſt, multum tamen accepit. *Cuius tandem rei multum accepit? Res ipſa, morbus, puſtulæ, odor loquitur. Nempè illud accepit, quod deformitatem induxit, venenum videlicet. At Epiſtola venenum non nominat. Illud mihi ſatis eſt quod dicitur*, quod licet multum acceperit, non tamen multum deformatus eſt, aut licet non multum ſit deformatus, tamen multum acceperit. *Quid ſibi vult illud tamen? quid aliud, quàm quicquid illud ſit quod acceptum fuerit, in eo cauſam deformitatis fuiſſe: quod etſi multum fuerit, tamen parum ad eam quæ expetebatur deformitatem. Sed non fuerit venenum. Subijce aliud. Nihil*

Regina, Regio teſtimonio conuincitur, propria videlicet ipſius manu, propriaq́ epiſtola.

hil comperies quod in eum locũ possit commodè supponi. Deniq; quicquid hac voce, multum, *intelligitur, tale est, vt nec ipsa in tam familiari Epistola, audeat suo nomine appellare. Sed etiam si tergiuersari velimus, nõ licet per ipsam: conferte præterita cum futuris: ex eius in posterum consilio quid fecerit intelligetis.*

Veneni certitudo certissimis argumentis astruitur.

Primũ purgatione *opus esse ait: deindè ad Cragmillarium eum ducere statuit, vbi & Medici, & (quod periculosius est Medico) ipsa possit adesse. Demum cum Bothuelio consultat, an occultiorem rationem ipse comminisci queat per medicinam, idq; ad Cragmillarium, & a Balneo. Videte quàm omnia consentiant.* Multum accepit, & purgandus est, & ad Cragmillarium. *Nempè in solitudine; & loco propter infrequentiam ad nefariam scelus cõmodo: & medicina vsurus, qua tandem?*

dem? nempè illa, è qua multũ antea acceperat. Vndè id ſciemus? vult occultàm medicinæ rationem eſſe. Si ad ſanandum, quid opus iſta occultatione? Cur non palàm, & celebri loco datur? Cur morbo leuatus, iam vegetus, & valens, non vſitata ratione, & loco purgatur? Sed nouum iſtud morbi genus erat: nouis opus erat remedijs. Quos igitur Medicos adhibet in conſilium? Cui iſta mandatur cura, vt nouam Regi medicinam conquirat? Nempè Regis inimico, Reginæ adultero, omnium bipedum nequiſſimo, & cuius domus in Gallia infamis fuit veneficijs, cuius è miniſtris eo nomine (alij torti, alij in carcerẽ cõiecti) omnes ſuſpecti fuerunt. Quando iſtam præclaram medicinam ſumpturus erat? Aut in Balneo, vbi ſolus loturus, aut ſaltem à balneo, vbi ſolus cœnaturus. Sic ſcilicet comparari medicina ſolet pro

inimicos, in loco secreto, nullis arbitris. Igitur quod adulter, quod adultera, quod inimicus, quod riualis diligēter parat, & occultè dat, quale id pharmacum apud se quisq; existimet, & expendat. Iam opinor odium Reginæ ergà maritum, quàm fuerit implacabile, quàm atrox, quàm obstinatum videtis: quem latronibus obiecit, cùm Nobilitati, cùm fratribus suis committere voluit: quem nudum, & inopem oneratum contumelijs, vexatum iurgijs, veneno petitum, in sollitudinē vt cum summo cruciatu ibi moreretur, eiecit. Nunc ad alias causas pergamus. Fuit quidem odium illud per se satis ad impellendum ad inimici cædem sæpè quæsitam, semel tentatam, & propemodum peractam. Tamen accessit & alia vis acrior, quæ odium quoq; inflammaret: Amorem dico, quo impatienter Bothueliū est prosequuta: quem

quem amorē qui non viderit, illum autem viderit, incredibilem fortaßis opinabitur. Quid enim erat in eo, quod mulieri paulum honestiori, concupiscendum foret? Vis nè eloquentiæ? an formæ dignitas? an virtus animi, quæ rerum fortuitarum accessione cōmendarentur? At de eloquentia, & forma, non est opus oratione longa: cùm & qui eum viderint, vultus, & incessus, corporisq; totius qui fuerit habitus, meminisse possint: & qui audierint hominis infantiam, & hebitudinem, non ignorent. At fuit in suscipiendis negocijs prudens, in subeundis periculis fortis, in dando munificus, in voluptatibus temperans. Prudentiam, nec qui sunt ei addictißimi tribuere audent: fortitudinis opinionem captauit: sed inter equites, sedens in equo pernicissimo, sui securus: alienæ pugnæ spectator: interdum fugientium

προσωποχαρία.

Hypotyposis, seu euidentia, qua Bothuelij persona ingenium, ac mores depinguntur.

terga premebat : hostis aduersum vultum nunquàm propius intueri sustinuit. Vultis præclaræ fortitudinis speciem? à latrone notæ ignauiæ, cui dedito, nec inopinanti letale vulnus inflixerat, in terram prostratus, vulneratus, incruẽtis plagis cõtusus, ac interemptus esset, nisi latronẽ moribundum vires defecissent. Possem inanes eius in Gallia minas commemorare, possem postremam eius vsq; Cimbros trepidam fugam. Sed illius dici malo repetere memoriam, quo eo relicto, Regina ad Nobilitatem, cædis Regiæ vindicem accessit. Stabant in procinctu acies: erat Bothuelius militum numero par, loco longè superior: erat propositum victori præmium, Regina eius amantissima, Regnum, opes, honores, & sibi, & posteris: adhæc scelerum præteritorum impunitas, in posterum summa licentia, amicos honestandi, inimicos

Vecordia Bothuelij.

vlciscendi

vlciscendi potestas: victo autem ignominia, contemptus, egestas, exiliū: deniq. omnia quæ post acciderunt, aut in posterum euenire possunt, ante oculos erant: Aderant præter duos exercitus, fortitudinis & ignauiæ cuiusq. spectatores, & testes, Regina certaminis præmium, & Crocus Regis Gallorum Legatus. Expectatis quid ibi magnificus fortitudinis ostentator fecerit? Primū insigni equo vectus processit ante aciem. Homo ciuilis sanguinis parcus, sui prodigus, poscit qui cum singulari certamine extra ordinem decernat. Et quum plurimi ex acie aduersa, genere, & honoribus clari, nomina profiterentur, statim refrixit impetus, resedet magniloquentia: ac nisi Regina, tanquàm tragicus è machina Deus, suam interposuisset authoritatē, suūq. columbulum Dionæum pugnare vetuisset, non exitus modo, sed nè color

Crocus Gallorum legatus in Scotia.

Ignaua & imbellis Bothuelij timiditas.

 qui-

quidē recusati certaminis fuisset repertus. At certamine singulari interpellato, in acie tamen fortiter se gessit. Imò primus, ac principio ferè solus fugit, ac tandē sua fugæ comitem reliquum exercitum traxit.

Sed belli offensiones virtutibus ciuilibus pensauit. Quibus tandem, aut quæ virtutes ab eo expectari poterant? ab homine scilicet, in aula Morauiensis Episcopi, hoc est longè corruptissima educato, in vino, & stupris, inter vilissima solutæ illius disciplinæ ministeria. Vbi adoleuit, in alea, & scortis, ita patrimonium amplissimum prodegit, vt etiam (vti poeta quidam ait) deesset egenti as laquei precium: qui non modo domus alienas stupro, sed suam quoq; incestu polluit.

Bothuelij educatio flagitiosa.

Hunc igitur hominem, cùm à Regina dico fuisse amatum, nec amatum tantum, sed & flagitiosè, & impotenter.

potenter, qui rem ignorant, eis fortaſſè prodigia loqui videbor. Dicat fortaſſè aliquis, erat nè alius in toto nobiliſſimæ iuuentutis grege digni-or, qui amaretur? Erant profectò multi. Erat omnibus rebus, quæ amorem conciliare ſolent, omniũ longè primus, ipſius maritus. Quid igitur tam diſparem amorẽ, tam à ratione abhorrentem conciliauit? Si dicam morum ſimilitudinem, veriſimilem quidèm amoris cauſam, ſed quibuſdã fortaſſè falſam videbor afferre. Nec ego libenter in hanc orationem ingredior: Nec rumoribus de ea per Gallias ſparſis in matrimonio priore accedo. Quanquàm reliquæ vitæ flagitia eos non de nihilò fuiſſe ortos, coarguant: & multa quæ poſt eius in Scotiã reditum diuulgata ſunt, non libet credere: per me quidem obliuione ſepeliantur: aut ſi id fieri non poteſt, fide careant, falſa,

De Regina cum eſſet in Gallia non optimi ſparſi rumores.

 fictaq;

fictaq; credantur. Nec in amore causas diligentius examinare necesse est, qui temerario animi perturbati impulsu ita fertur, vt plærũq; in amentiam desinat: quem si consilio regere velis, nihilò plus agas, quàm si des operam vt cum ratione insanias.

Sed nè hîc quidem causæ desunt. Erat enim in vtroq;, si non formæ, si non rerum externarum, si non virtutum, certè maximorum vitiorum similitudo. Mulier adolescens ad supremũ potentiæ gradum subitò prouecta, cum nunquam legitimi Regni speciem oculis vidisset, auribus audisset, aut animo proposuisset, adhæc impotentibus propinquorum consilijs instructa (qui & ipsi in Gallia tyrannidem moliebantur) ius, fas, leges, instituta maiorum, ad suum vnius nutum reuocare studebat: huius impotentiæ voces indices plærumq; erumpebant: hoc dies, noctesq; meditabatur.

tabatur. Sed huic eius cupiditati obstabat mos patrius, leges, & instituta, & præcipuè optimatum consensus, quibus saluis eò peruenire non poterat. Eò igitur vt perrumperet, quicquid in mora esset, tollere decreuit. Sed non satis constabat quo modo, aut quibus ministris id aggrederetur: Fraude grassandum erat, quãdò res perfici aliter non poterat. Vnus igitur ad id Bothuelius maximè visus est idoneus; homo in summa egestate incertum magis flagitiosus, an sceleratus: & qui inter diuersæ religionis factiones, ambarum contemptor; vtriusuis studium simularet. Is cùm operã Hamiltoniis ad Morauij cædem antè obtulisset, spem dabat, emolumento maiore proposito, maius aliquid eum ausurum: quippe quem domesticæ ruinæ præcipitem impellerent, nec pietatis, aut honesti respectus à facinore reuocaret. In libidinis

Bothuelius omnis religionis contemptor.

Bothuelius ad Morauij cædem operam coniũgit cum Hamiltoniis.

verò vſu immoderato, nō minus gloriam quærebat, quàm alij dedecus vitant & infamiam.

Mulier igitur immoderatæ licentiæ auida, quæ leges carcerem, iuris temperamentum ſeruitutē exiſtimaret, cùm in viro non ſatis materiæ ad res perturbandas videret, elegit hominem qui nec in fortunis haberet quod perderet, nec in fama quod cōtaminaret, nec ijs fulcimentis viteretur, vt nō facilè ſubuerti poſſet quoties eius faſtidium ſubiret: cuius intemperantiam illecebris caperet, egeſtatē pecunia expleret, fidem conſcientia ſcelerū illigaret. Hij ſunt fontes illius non immoderati, ſed inſani amoris, infamis adulterij, ſceleſti parricidij; quo, velut pignorè, ſanguinariæ illæ nuptiæ coierunt. Hæ ergò ſceleris ſuſcipiendi cauſæ fuerunt, odiū implacabile mariti, & amor adulteri immoderatus. Accedebat & illa

Regina eſt effrenis licentia: libido immoderata: aſtuta conſilia: amor inſanus: turpe adulteriū: parricidiū horrendū: ſanguinaria nuptiæ.

illa spes, crimen à se in alios transferri, & supplicia in vilia inimicorum capita deriuari posse: & homines à culpa maximè alienos, sui loco placādæ populari iræ victimas posse supponi. Alioqui quò pertinebant illa penè conserta, inter Regē, & Robertum fratrē pugna? quò semina discordiarum cum Proceribus sparsa? quò tanta diligentia cum Morauio, pridiè quàm cædes facta est, retinendo? aut quæ causa eius accersendi? Venerat è Sabaudia legatus, qua de re? magnam fuisse oportuit, & quæ sine conuentu Procerū transigi non posset. Imò Sabaudius ad Baptismū inuitatus serò, ac re peracta venerat: cùm & tam leui de re mittere pigeret, & Gallis & Anglis eo munere perfunctis, defuisse puderet, non legatus ad Baptismum, sed officij neglecti excusator. Is, vt honestius dimitteretur, ab vxore moribunda

Causa cur Morauius pridiè ante cædem Regis accersitur a Regina, excutitur.

Morauius accersitur, idq́; nuncijs frequentibus. Quis igitur erat eius præsentis vsus futurus? vt in conscientiam sceleris eum asciscerent? Cur nunq̃ anteà id tentatũ? an tum demum in illo puncto, in illo parricidij momento, eum adiungere volebant? leuẽ videlicet hominẽ & inconstantem, & ad omnes temporum articulos consilia mutantem, vita superiore infamem, rebus præsentibus non confisum? nihil horum nè nunc quidem dicere audent. Falsam igitur eius retinendi causam cùm non queant cõminisci, quæ vera fuerit; apud se quisq́; facilè colliget: Nempè eadem quæ primũ Atholium, quæ posteà illum è palatio demigrare cõpulit: quæ toties eum in mortis periculum adduxerit: quæ falsis inimicorum rumoribus in Anglia sparsis, eum calumniata est: quæ libellis famosis parricidarũ eum persecuta est:

quæ

quæ effecit, vt potius in exilium abiret, quàm in Aula inter Sicariorum gladios cum magno vitæ discrimine versaretur.

Sed quid prodest ista causæ æquitas apud auditores vel rei, vt gesta est, ignaros, vel vltrò auersos, & inuidos, vel confictis rumoribus opportunos? qui hominum leuissimorum conuitia pro testimonijs habent, & eis credunt, qui domi cùm omnia se posse iactent, nec iudicum sententijs se cōmittere audent, neq; armis se defendere potuerunt: & velut scelerū conscientia iudicium timuerunt, ita furore ex conscientia orto in bellum præcipites ruerunt: è prælio trepidè fugerunt: nunc quoq; cùm numero, & opibus freti aduersariorum prudentiam irrideant, potentiam præ sua contemnant, tamen veris virtutibus diffisi, ad latrocinia se conuertunt: & mentem sceleratam intesti-

nis conscientiæ terroribus vexatam, ad conuitia, ad calumnias, ad mendacia transferunt: quos pro meo in ciues meos amore monitos velim, vt ab hac, siuè stultitia, seù furore, seù maledicentiæ morbo desistant: & nè quorum aures falsis rumoribus nunc onerant, illucescente veritate odio sui aduersus preces occludant & obstruant: neq; enim semper erit fictis locus: sed velut ad solem caligines, ita ad veritatis lumen euanescunt mendacia.

Sana & amica authoris ad ciues suos admonitio.

Patrandi verò sceleris commoditates, & spem celandi, non habeo necesse pluribus prosequi: cum & faciendi facultas, & locorum oportunitas, & occasionum momenta, in ipsorum potestate essent. Celare verò factū, quorsum erat opus? cum vulgati nulla pœna metueretur. Quam enim pœnam metueret in tam firma conspiratione? cùm & legum, quarū

ipsi

ipsi moderatores erant, vis esset extincta: & maioris partis hominum mentes societate sceleris deuinctæ, aut spe impulsæ, aut præmijs occupatæ, aut metu tantæ ex aduerso potentiæ, debilitatæ forent & coercitæ. Sed vtcumque hæc se habent, tamen operæ precium erit, & rei gestæ ordinem, & consiliorum temeritatẽ inconstantiam, & exitum perspicere. Simul enim intelligetis, non voluntatẽ cælandi facinoris defuisse, sed emotæ mentis furorem, rationẽ omnem consiliorum peruertisse: dum interdum velut famæ verba daturi, cogitatum næfas occulere conantur, interim ita graßantur apertè, vt de existimatione securi, non magni facere videantur quam in partem homines factum interpretentur. Venenum enim Glascuam profecturo datum est occultè: & satis cautum videbatur, vt absens lento morbo con-

Regina odio mariti, et adulteri amore aperte insaniens.

ficeretur. Cætera verò ita crudeliter tractabantur, vt si morbus fortuitus fuisset, tamen suspicio veneni esse posset. Maritus enim, & vnici filij & primogeniti pater, illius inquam filij pater, cuius tanto cum fastu, tanto ambitu Baptismus est celebratus, cum propè nudus velut ex incendio esset emissus; in itinere maximis doloribus cruciatus, cùm Glascuæ letali morbo vexaretur, quid optima vxor intereà? quid? Ad morbi primum nuncium conuolat? præsentia sua, familiari alloquio, vultu deniq; ipso ægrum consolatur? & cùm vitã retinere nequeant, extremũ eius haurit spiritum? oculos morientis claudit? cæteraq; bonarũ matronarũ præstat officia? Imò verò quæ iã iam moriturum emiserat, & vix ad paucos dies infœlicem spiritum posse ducere eum existimabat, in diuersam longè regionẽ rusticatũ abit:

Regina veneficij arguitur.

Regina, quo modo in morbo mariti se gerit.

abit: & Nobilium ædes cum suo Adonide perambulat: & hospitales domos lustrorum suorũ vestigijs conspurcat: & sub ipsam (vt ex veneni vi diuinabat) funeris horam Sterlinũ redit. Ibi dum tardiûs opinione res procedit, & Iuuentæ vigor cum doloris acrimonia colluctatur, nè omnino suo deesse videretur officio, semper Glascuam proficisci adornat, nec vnquàm proficiscitur.

Tandem spe quam certã in animo præceperat destituta, ad alia se consilia confert. Edinburgũ delata, conuocat in consilium adulterum, cum paucis secretorũ conscijs: decernunt omninò Regẽ occidendum: nec satis liquet quo genere mortis tolleretur. Quod ex eius Epistola facilè potest colligi, in qua cum Medea venefica iuxta ac sanguinaria, se aliqua ex parte cõparat. Item ex altera, in qua de veneno deliberat. Rex autem qui

Rex occidẽdus decernitur.

Epistolas has ad calcẽ libri adiectas reperies.

jam amatoriũ poculum degustasset, incertus an magis blandis eius sermonibus crederet, an prauitatẽ naturæ metueret, quanq̃ interdum de reconciliatione non desperaret, tamen semper timori propior erat. Sed cùm neq; vitam, neq; mortẽ in sua potestate haberet, cogitur præteritas iniurias mussare, præsentem timorem dissimulare, & de futuro spem fingere. Itaq; non velut maritus educitur. sed tanquam funus effertur: aut verius, ad lanienã trahitur. Regina de adolescente omni iniuriarum genere vexato, venenis cruciato, circũuento insidijs, ad supplicium tracto, gloriabunda triumphum ducit: sequuntur currum paterni inimici, de industria adhibiti, vt & ipsi tam misero spectaculo pascerent oculos, & cuius mortem propinquã expectabant, animi eius mærore interim fruerentur. Et nè vlla deesset sacrificiorum cere-

Regina cum veneno non potest, ferro maritum extinguere aggreditur.

monia,

monia, Ioannes Hamiltonius Sancti Andreæ Archiepiscopus, tanq̃ sacrificulus adhibetur, homo antea omni genere flagicij pollutus: & in spolijs, & cæde Ciuium suorum pastus, & vetus multarũ palmarũ lanista. Vulgus toto itinere mæstum, nihil boni augurabatur. Comites Reginæ, neq; tristitiam satis simulãt, neq; lætitiam dissimulare poterant: cùm sceleris suscepti atrocitas in euentus expectationẽ, gaudium immoderatũ suspenderet. Ducitur Edinburgum, non in Palatium. Cur ita? Ne videlicet contagio pestilentis morbi filio adhuc tenello noceret. Quasi à veneno etiam læsis contagij sit metus. Sed verior illa causa, ne præsentia eius incommoda esset, & voluptatibus liberè frui volentibus, & de morte consulentibus. Ioan. Hamiltonius Archiepiscopus.

Quò ergo ducitur? In Oppidi partẽ maximè desertã, anteà sacerdotũ

 regno

regno incolumi: ſed aliquot iam an-nis à nemine habitatā: ac niſi ad illud nocturnum ſacrificium fuiſſent ædes refectæ, ſua ſponte ruituras. Cur hic potiſsimū delectus eſt locus? aeris ſalubritas prætenditur. Bone Deus: Occiſura maritum loci ſalubritatem quærit? in quem vſum? nō profectò vt vitam ſeruet, ſed vt corpus ſupplicio reſeruet. Hūc illa ſpectat vxaria diligentia, & de mariti vita vltima ſollicitudo. Metuit ne pœnis eripiatur: vult vt ſe ſentiat mori. Sed quænā ſit iſta ſalubritas videamus. Vt videlicet inter mortuorum Sepulchra, viuendi quæramus preſidia? Nam in vicino erant duorum Templorum ruinæ: ab oriente Monaſterium Dominicanorū fratrum, ab occidente Tēplum virginis, cui ob loci ſolitudinem, Campenſi nomen fecerunt: à meridie muri vrbis, & in iis, vt vndiq; peruiæ eſſent, poſticum

Simulata ſalubritatis prætextus.

Vxoria crudelitas contra maritū inaudita.

aperitur:

æperitur : à Septemtrionibus paucæ pauperum ædiculæ, tum quidem in ruinā pronæ, quondam sacerdotum & monachorum prostibula : cuius loci nomen ipsum, faciem, & naturā facilè indicat. Nam Angiportum furum appellant. Nulla alia in propinquo domus, præter ædes Hamiltoniorum, quæ ad iactū ferè teli aberant : & ipsæ tum vacuæ. In eas cōmigrat Archiepiscopus Sancti Andreæ, semper antea in locis vrbis frequentioribus diuersari solitus. Is quoq; eam noctē, qua Rex interemptus est, egit peruigilem. Nunc vos rogo, quando oculis non potestis, saltem animo cernite veterum sacerdotum ædes, inter sepulchreta, inter duorum Templorum ruinas positas, & ipsas ruinosas, propè locum furum & latronū receptatorem : non longè ab hostili præsidio quod ianuam ædium spectabat, per quam si quis fugisset, insi-

Ioānes Hamiltonius Archiepiscopus S. Andreæ sanguinaria huius consurationis antesignanus.

dias vitare non poterat. Huius loci faciem cùm in animo vobiſcum cogitatis, cùm ruinas Tẽplorum, Sepulchra mortuorum, latibula furũ, proſtibula mæretricum auditis, nonnè, non modò ædes ipſæ, ſed ſingulæ partes viciniæ, næfas proclamare videntur? in hoſpitiumnè diuertiſſe, an in latronum ſpæluncam intruſus eſſe Rex videtur? Nonne illa deſerta vaſtitas, & infrequentia metum ſceleris ſimplicioribus facere, ſuſpicionem callidioribus inijcere, occaſionẽ hominibus prauis dare poterant?

Locus ad cædem Regis q̃ maximè oportunus, a Regina electus.

Quid inimici hominis in ea loca inſolens aduentus, nocturnum propè in ipſis foribus peruigiliũ? cur hunc potiſſimum hoſpitio locum, præter morẽ delegit? At ædes vacuæ erant, fratris erant, propinquæ Regis hoſpitio erant. Vacuæ ſemper anteà fuerant? Cur nunquàm anteà in eas diuertiſti? Cur celebritate vrbis, vicinitate

nitate Aulæ neglecta, in solitudinem te coniecisti? quam vtilitatẽ, quam commoditatem, quam voluptatẽ hîc sequutus es? Vt homo anteà semper popularis auræ captator, & cœnariũ aucupijs aulicos complectens, spontè in abstrusum angulum, extra cœtũ, & celebritatem te abderes? amænitas te loci capiebat? & homo sacerdotijs obrutus, verius quàm onustus, templorum ruinis animum oblectabas? Sed fuerit aduentus in ea loca tuus fortuitus: suas etiam causas, si non veras, saltem verisimiles habuerit: Quid sibi volebat peruigilium insolitum? quid trepidatio nocturna tuorum? quos tamen in publico tumultu egredi vetuisti? Sed quid erat cur egrederentur? vt rem, cuius tu author & machinator eras, resciscceres? at è specula tua fragorem ruinæ auribus, fumum & cinerem oculis, gaudium animo, hauriebas: Sulfu-

Contra Archipiscopum rationes colliguntur.

ris odorem penè naribus imbibebas. At emisisses qui elapsos ex incendio exciperent: neminem fugientem videbas? Itaq; lumina quæ ex æditioribus vrbis locis tota nocte domi tuæ apparuerunt; tum demum tanquàm re benè gesta, sunt extincta.

Sed ad Regẽ redeamus. Non satis erat posticum in muris aperuisse, per quod latrones immitterent, insidias antè fores collocasse ne quis euaderet, duorum apud se ostiorum claues retinent: inferioris domunculæ alterã, vbi parietibus suffossis, sulfureo puluere cuniculos oppleuerunt: superioris, vt aditus Sicarijs ad Regem dormientem esset. Deindè è paucis ministris maiorem partem subtraxerunt: vt qui anteà non tam adhibiti erant ad vsum domesticum, quàm ad secreta speculanda, quæ ad Reginã deferrent. Hij, varijs causis confictis, alij aliò discedunt. Vltimus Alexander

Rex submotis ministris omnibus solus cum Daramio famulo relinquitur.

der Duramius, cum satis iustam abeundi excusationem non haberet, extruditur à Regina. Ipsa interim, nè suis desit partibus, dum Bothuelius tragicam mortis scanā instruit; quotidiè Regem inuisit: animum amore ægrum, nunc blandis pollicitationibus erigit, nunc iurgijs oppugnat, suspicionibus exercet, ac verè fabulam illam poeticā ludit, in qua Promethei iecur ad nouas quotidiè pœnas excrescens, ab Aquila aduolante corroditur. Ad hanc enim imaginē illa misellum adolescentem interim spe fouet, & refocillat, in nullum alium vsum, nisi vt perferendis doloribus vita sufficiat. Quæso, apud animum quisq; suum cogitate, in recenti scelere qui fuerit motus animorum: cùm nè nunc quidem hæc sinè indignatione poßint audiri. Ædes ab humano commertio propè semotæ, ab homine omnium nequißimo, ab inimico,

Alexander Duramius.

Promethei fabula.

Rex impia Reginæ impostura delusus.

mico, ab vxoris adultero parantur, ad lanienam quàm ad habitationem commodiores : & adolescenti parantur, ob ætatem incauto, ob amorē ad insidias aperto, ministris spoliato, deserto ab amicis : ædes, inquam, laceræ, solæ, ab omni parte non modo apertæ, sed etiam peruiæ : vt quarum claues penès inimicos essent : nemo intus præter Iuuenem à morbo non satis validùm, & Senem ætate infirmum, & duos peregrinos, locorum, rerum, hominum ignaros : nemo in propinquo præter inimicos, & latrunculos habitabat. Sed mulier prouida diligenter id cauerat, nè à latronibus esset periculum. Nihil enim apud eum reliquum fecerat, quod latrones inuitaret. Inimicos autem spectatores, non actores huius tragœdiæ volebat esse : facinoris verò gloriam sibi & Bothuelio reseruabat.

Rex in ædes desertas, et procul dissitas ad cædis opportunitatē retrusus.

Quid interim illa Reginæ sollicitudo?

tudo? quid insolita concursatio? & malitiosa non officiosa sedulitas? quotidiè inuisit: in multas horas sermonem protrahit: in cubiculo inferiore duas noctes quiescit: si modò spiritum illum atrocē, scelerum conscientia à furiarum stimulis conquiescere patiatur. Metuebat videlicet, nè si ædium pars inferior vacua fuisset, strepitus molientium cuniculos, & inferentium puluerē sulfureum, aliquem è ministris in suspicionem fraudis induceret. Volebat etiam ipsa suis oculis rem tantam cernere, potius quàm fidei ministrorum credere: volebat animo futurū gaudium prælibare: ignem, fumum, puluerem, ruentis domus fragorem, trepidationem, tumultum, pauorem ministrorum, latronum, ciuium, quandò oculis, & auribus non poterat, animo saltem haurire. Omnibus igitur rebus ad funestam illam noctem præ-

Parietes per subterraneos cuniculos puluere sulfureo oppleti.

Astuta Reginæ sedulitas in amolienda a se mariticidij suspicione.

paratis, vltima ſubit famæ cura: ſegregat à ſe ſuſpiciones: adit maritum, oſculum pangit, annulum pignus amoris donat, ſolitò blandius alloquitur, prolixius pollicetur: fingit ſibi curæ eſſe eius valetudinem: nec intermittit cum adultero conſuetudinem. Hæc qui propius intuebantur, nihil boni diuinabant. Nam quantò maiora placati animi ſigna Regina oſtentabat, tanto in animo quiſq; ſuo atrociora omnia præceperant. Alioquî enim vndè illa repentina mutatio? vndè tanta cura de eo, cui venenum ſuperiore menſe dederat? quem nuper non modo cupiebat occiſum, ſed occidentem videre volebat: cuius morti fratrem, imò duos fratres impendêre geſtiebat: & ipſa, velut laniſta, rege gladiatore, funus Regium apparabat. Antè paucos menſes ipſa è vita diſcedere volebat, ne Regem viuentem aſpiceret.

Ἐυνουσφάκτης. *Regina altera manu demulcet, altera occidit maritū.*

Vndè

Vndè nunc repentinum de eius sa-lute studium?

Expecto vt se dicat placatã fuisse. Tu marito placata? quem in illud desertum (vt cum poeta loquar) furiarum castrum ablegasti? cui inter meretricum prostibula, pauperum mendicabula, latronum latibula iacenti, ædes ab omni parte ita peruias fecisti, vt plures aditus, quàm ministros qui clauderent relinqueres? quæ Sicarios ad cædem, fures ad prædam inuitaris? ministros qui vitam eius tueri possent abegeris? nudum, solũ, inermem latronibus obieceris trucidandum? cùm in hoc mariti misero statu adulter in Palatio habitaret, in cubiculo frequens esset, cùm ei dies noctesq́; fores omnes paterent, maritus interdicto nobilitatis cõmertio, ministris adire vetitis, aut ablegatis, ad ludibrium, atq́; vtinam ad ludibrium tantum, in solitudinẽ abiectus

Probationũ argumenta grauissima, quibus Regina necessario coarguitur parricidij.

 relin-

relinqueretur? Ac de cæteris ministris nihil quæro. Non interrogo sollicitè cur discesserint, cur tum potissimum Regē reliquerint cum eorum opera & ministerio potissimum egeret: cum conualuisset, cum prodire inciperet, nec alios comites haberet? De Alexandro Duramio silere non possum: quem illi custodem, tibi delatorem habueras. Quid autem erat quod obseruaret? quod ad matronā mariti amantem, coniugij tenacem, de pellice sollicitam deferret? verebatur videlicet ne & adolescens, & formosus, & Rex, in aliquam, se absente, oculos coniiceret? imò hoc ipsum maximè cupiebat. Nam & ipsa maritum eò antea inuitauerat: occasiones ipsa obtulerat: & sponte oblatas commonstrarat. Hoc erat, quòd causas diuortij quærentem, maximè eam vrebat, quòd ne tenuem quidē suspicionem pellicatus inuenire poterat.

rat. Cur ergò adhibiti obseruatores? ne quis Nobilium, nè quis clientum, ne quis omninò alienus eum adiret: ne quis conueniret, qui insidias detegere, de periculo admonere posset? Hunc verò ipsum Alexandrū quàm sollicitè seruat, cùm maritum occidat, quàm cœteris abactis serò dimittat, in ipso propè mortis articulo, cum delationibus iam nihil amplius esset opus. Pridiè enim quàm parricidium illud factum est, vnus è ministris secretorum consiliorum consciys relictus erat Alexander.

Is cum noctem illam, non minus infamem, quàm funestam appropinquare sentiret, præparat absentiæ futuræ excusationē (vt ipsi visum est) non incallidam, vt casus eum expulisse, non ipse sponte deseruisse dominum videretur. Ignem in stramenta lectuli sui inÿcit: ac flamma latius fusa, tumultu excitato, stragula se- *Alexandri Duramq́ callida excusatio,*

 minuta,

miusta, è cubiculo Regis eijcit. Sed postridiè cũ ea excusatio non satis ex sententia procederet, quippè cùm, audiente Regina, Rex eum blandius rogaret, ne se solum ea nocte desereret, atq; etiam inuitaret vt vnà secum cubaret (quod & anteà sæpè fecerat) singulari enim præter cæteros beneuolentia Rex eum complectebatur. Hîc Alexander deprehensus, morbi metum ad priorem excusationem adiecit, ac se, vt liberius curaretur, in oppido pernoctaturum. Hîc quoq; cùm parum proficeret, Regina suam authoritatem interposuit: & Regem non rectè facere ait, qui adolescentẽ, contra valetudinis rationem, secum retineret. Deindè ad Alexandrum conuersa, iussit quò ei cõmodum esset, abire: & ille cum dicto abijt. Nolo hîc diligentius exequi omnia criminum vestigia. Neq; quæram curiosius, ignis ille pridianus, fortuitus, an

Alexander Duramius Regi adhibitus non seruus, sed obseruator, nõ famulus, sed custos, et delator, & desertor, & proditor.

an fraude ſuppoſitus fuerit: neq; illud rogabo, cur homo ſæpè antea in lectum Regium receptus, illa potiſſimum nocte id recuſet? morbum in cauſa fuiſſe credamus. Hoc tantum quæro, cuius generis fuerit is morbus, illo ſtatim momento temporis immiſſus, qui ſine vlla medicorum cura, ante lucem eum reliquerit? cuius nullũ, neq; antè neq; poſtea, neq; in illo temporis puncto ſignum apparuerit? Sed opinor, illo tacente, vos ſatis intelligitis. In homine maleficij conſcio, mortis metus vicit officij rationem. Quòd niſi Alexander, anteà delator, nunc deſertor, & proditor, omnium ſcelerum conſcientia teneretur, nonnè Regina cœtera tam crudelis, vnam illam victimam inferijs mariti impendere potuiſſet?

Hæc dum fiunt multũ noctis proceſſerat: & Rereſia ſtrenua miles ante ſignum datum in aciem proceſ-ſit,

Rereſia meretrix ſtrenua Regiæ mortis miniſtra.

ſit, foras prodijt, equum conſcendit: & quanquam, vt futuræ procellæ conſcia, timet, tamen in equo ſedens Reginam expectat, ſed longiuſculè ab ædibus. Interim Paris aduenit, colloquiū dirimitur, ſurgitur. Subijt enim, eo conſpecto nephas illud quod non niſi magnis piaculis aueruncari poſſet, quòd Regina in cœna nuptiali Sebaſtiani Cantoris, ac tantum non ſcurræ, non ſaltauerit: quòd marito non dum ad iuſtam valetudinē perducto aſſederit: quòd in conuiuio domeſtici paraſiti hiſtrionicā non egerit. Digna profectò res excuſatione.

Nocte qua Rex interimitur, Regina ad ſignum datum a Rege diſcedit, friuolo prætextu diſceſſum excuſans.

Sed quid faceret? abeundū erat, Paride cōſpecto: ita enim cōuenerat, & aliquid erat prætexendū. Quîd ſuperioribus noctibus, quibus maturius diſceſſerat nulla interpoſita excuſatione: nunc demū media ferè nocte diſceſſus erat excuſandus? Sed fuerit. Nihilnè aliud ſubibat aptius q̃ nuptiæ

nuptiæ Sebastiani? Ego contra contendo, si vel fratris, vel sororis nuptias reliquisset, vt maritum etiam leuiter languentē inuiseret, eam omnibus iustam excusationem habendā esse. Quid si Regi etiam, non marito, quid si aliįs è Proceribus id officij præstitisset? tanti sunt nuptiæ Sebastiani, vt Mimica ibi saltatio præferenda sit coniugali officio, & charitati? Sed profectò aliud in hac excusatione, & dolore neglecti officij latet, nec tamen ita latet, vt non transpareat. Nimia ista, in excusando vbi nihil opus est, diligentia, suspicionem occulti facinoris, & quod detegi nolis, habet: & causæ leuitas suspicionem auget: præsertim cum alia in promptu essent, quæ causari potuisset.

Regina nihil habet quo se excuset, tot hic concurrunt verisimilia.

Sed excusationē accipiamus, quādo Regina iusta est visa. Quò deindè abit? in cubiculū suum rectà. Quid deinde?

deindè? fessa labore diurno, & nocturna vigilia, it cubitum. Imò cum Bothuelio propè solo, deindè etiam solo colloquitur: quid autem loquuta sit, res ipsa prodit. Bothuelius enim cùm vestem, velut decubiturus exuisset, statim aliam sumit: ad facinus abiens, noluit agnosci. Laudo hominis calliditatem. Sed per custodias eundum erat. Hîc miror amentiam. Sed mentes cogitatione scelerum obsessæ, ferè sese sua inconstantia produnt: & ad cætera plærumq; cæcæ, vnum illud vident, in quo animum intenderunt. Quid autem gesserit, Regis mors, ipsius fuga, noxiorum confessio, & cætera quæ cædem secuta sunt, declarant. Excitato in vrbe tumultu, ille, quasi omnium ignarus, per easdem custodias redit cubitum. Cùm ruinæ fragor aures, tremor etiam omnium ædes concuteret, Regina in expectationem euentus erecta,

Bothuelius post colloquium Reginæ, ad cædem Regis se accingit.

Regis mors.

recta,& vigilans,nihil ſentit: Bothuelius nihil ſentit: mira ſurditas. At cœteri per vrbem qui vigilabant exterrentur, qui dormiebant expergiſcuntur.

Tandē ſurgit iterum Bothuelius: & in eadem fabula, è poeta, fit nuncius, accurrit ad Reginam: eôdem fit aliorum, qui in Palatio diuertebant, concurſus: res alijs vera, alijs ſimulata, ſed omnibus mira videri. Quid Regina? Quid faceret? fert moderatè ſuam fœlicitatem: in meridiem placidè conquieſcit. Poſtridiè tamen, vt in fabula decoro ſeruiret, luctum ſimulat, quem nec diū fingi ſinit vnà habitans lætitia, nec omnino negligi patitur pudor. Hæc cum ſubiecta ſint oculis, manibus contrectentur, in auribus & conſcientia omnium habitent, adhûc de authore cædis, tanquàm dubio, quærimus? At Regina negat. Quid negat? Se

Bothuelius huius fabulæ choragus poſt ex chorago fit nuncius.

De authore Regiæ necis nemini dubitandum in tanta veritatis luce.

cædem illam fecisse. Tanquàm multum intersit, author sis, an minister: iubeas, an facias? consilium, operam, opes, authoritatem, ad eam patrandam adhibuit: Neq; causa cur id fecerit, latet. Nempè vt impuræ illæ nuptiæ cum Bothuelio fierent.

Quæ omnia etiamsi argumenta, si tot è conscijs testes deessent, ipsius testimonio, ipsius literis teneatur necesse est. Et si alia omnia deficerent, quæ cædem secuta sunt authorem facilè coarguunt: quòd in mariti morte, non modò non doluerit, sed, vt in re præclarè gesta, quieuerit: quòd non luxerit, sed propemodum palam sit lætata: quòd defuncti corpus non sustinuit modò spectare, sed auidè spectauerit: clàm, de nocte, sine funeris honore sepelierit: aut potius, latronis instar, absconderit. Nam simulatio illa luctus tam inconstans, ipsa se facilè prodidit. Quid enim

Ex causis a cæde Regis consequentibus contra Reginam arguitur.

ille

ille secessus ad Setonum sibi volebat? Cur celebritatem vrbis, & oculos hominum fugit? An quia pudebat palàm lugere? an quia non potuit lætitiam dissimulare? aut vt occultè se totam in luctus daret? imò ad Setonum totam luctus personam abiecit: in campos quotidiè cũ Sicarijs ibat: nec modò pristinam consuetudinem repetiuit, sed lusus viriles, & cum viris, & palam affectauit: ita popularium suorum existimationẽ facilè contemnebat. Sed malè sit Kilgræo, malè sit Croco, qui tam incommodè interuenerunt, & personam detractam exteris ostenderunt: multa facta negari, multa appositè fingi, multum rumoribus profici sine illis poterant.

Regina an luctum simulabat magis, aut lætitiam dissimulabat, ex viri morte, difficile est dicu.

Henr. Kilgræus Anglus, et Crocus Gallus duo legati, letitiæ Reginæ testes.

Sed quæstio de cæde habita est. Per quos? Per Bothuelium inprimis, aliosq; nonnullos, qui noxios legum pœnis eximere tentarunt, & hodiè ten-

Quæstio de Regis interitu, quo modo, et per quos tractata.

tant: & nunc palàm ostendunt, quid tum occultè senserint. Sed qua diligentia, qua sanctitate, quæstio illa tractata est? Pauperes è vicinia hospicij Regij nec proferre audebant quæ viderant & audierant: & si propius rem attigissent, vel metu reticere cogebantur, vel vt vani contemnebãtur: cautiores Bothuelium, inter quæsitores sedentem, lædere non audent: ministri, vnus & alter, qui cladi superfuerunt interrogantur, latrones quo modo ingressi sint? Claues, aiunt, penes nos non erant: Quis eas habuit? dictum est Reginã habuisse: Cœperant Aulæ secreta palàm fieri. Quæstio differtur, nunquàm repetitur. Quid hac quæstione sanctius? Sed tamen nonnihil ea profectum est. Nam quod quæsitores tacere volebant, vulgus clamat: quod supprimunt, erumpit: quod cælant, elucescit. At ædictum proponitur:

facti

facti impunitas, indicij præmia proponuntur. Quis autem tam demens fuisset, vt in tam manifesto vitæ periculo, aduersus iudices, qui vitæ necisq́; sui potestatem haberent, testimonium dicere, aut indicium profiteri auderet? expectandum scilicet erat, vt qui Regem trucidassent, indici cædis parcerent? præsertim cùm omnes viderant de cæde Regia quæstionem omissam, de libellis cædem coarguentibus, seuerè exerceri? Iudicium verò quo Bothuelius purgatus est, quale fuerit audistis. Nempè per ipsum coactum: iudices ab ipso lecti: accusatores ab eodem suppositi: legitimi accusatores adesse vetiti, nisi gladijs inimicorum ceruices subijcerent. Indictum iudicium nec in diem legitimum, nec more patrio, nec de cæde Regis, sed de ea cæde, quæ pridiè quàm Rex interemptus, facta dicatur. Hic cùm Bothuelius gratia &

Iudicium quo Bothuelius purgatus, quale fuerit.

 opibus,

opibus, Regina minis & precibus apud iudices contenderent, expectatis quid homines, præter leges, præter morẽ patrium lecti pronunciarint? Rem sententijs suis non attigerunt: tantum iudicium non esse legitimũ sunt testati, cùm sibi cauerunt ne ea res ipsis aliquandò fraudi foret.

Bothuelius, mactato Rege, vxorẽ ilico repudiat, ac Reginam ducit.

Deindè, vt omnes intelligerent, quid ferro, flammis, veneno petitum esset, nuptiæ aliæ dirimuntur, aliæ cocunt: idq; tanta festinatione, quanta nec ad triumphum de præclara victoria fuisset properandum. Tamen vt in illis illegitimis nuptijs aliquid legitimi moris obseruaretur, Bannæ præclaræ publicantur: in quibus denũciandis, etsi metus mortis Ecclesiæ ministro, nisi paruisset, fuerit intentatus, is tamen inter denunciandum palàm testatus est, se causam scire, cur illæ nuptiæ legitimæ non essent. Sed in tanto cœtu hominum,

minum, quotusquisq; erat, qui id ignorarat, quippe qui meminissent duas vxores nō dum dimissas Bothueliū habuisse, tertiam nec legitimè nuptam, nec ritè dimissam. Verùm non id agebatur, vt legitimi moris ceremoniæ obseruarentur: Sed, vt in Comedijs fieri solet, quandam vulgatæ cōsuetudinis speciem, & imitationem curabant. Nam qui omnia iura humana sæpè violauerat, religionem omnem abiecerat, facilè ius diuinum contemnebat. Banna proclamata, & refutata.

Explicasse mihi videor paucis pro rei magnitudine, sed fortassè pluribus quàm necesse erat, propter probationum perspicuitatem, quo consilio, qua spe cædes nefaria sit suscepta, quanta cum crudelitate perpetrata, quibus indicijs, testimonijs, & literis ipsius Reginæ tota res teneatur: & ita teneatur, vt tanquàm subiecta oculis cerni possit: proponam tamen

& vniuersi populi testimoniū, quod quidē minimè negligendū esse arbitror. Singuli enim plærumq; fallunt, & ab alijs itē falluntur: at nemo omnes decipit, aut ab omnibus decipitur. Hoc populi, quod dixi testimoniū huiusmodi est. Cùm Reginæ prodeunti in publicum, à maxima vulgi parte solitū esset proclamari, benè & fœliciter, quæq; alia vel amor exprimit, vel adulatio cōminiscitur, post cædē Regis eunti ad arcem, per celeberrimum vrbis vicum, mœstum passim erat silentium. Sed cum aliquando mulier, è turba, sola benè precata Reginæ esset: alia statim, ita vt ab omnibus audiri posset, exclamauit: Ita cuiq; fit vt promeretur.

Contra Reginam nullū grauius testimonium quàm publicum populi silentium.

Verba cuiusdam fœminæ contra reginā exclamātis.

¶ Epilogus seu conclusio firmis colligens argumentis Reginā ob mariti necē, iustissimo iudicio suo priuatā esse principatu.

HÆc cum ita, vt dixi gesta sunt, non desunt tamen qui non duriter

ter modo, sed etiam crudeliter actum cum Regina dicant: quòd post tam execrandum facinus à rerum gubernaculo remota fuerit, & cum de scelere inficiari non queant, de sceleris pœna conqueruntur. Non reor quenquam futurum tam impudentem, vt nullam tam nefario facinori pœnam deberi existimet. Sin de grauitate querantur, vereor ne omnibus bonis non tam clementer & modice, quàm dissolutè & negligenter fecisse videamur: qui tantum tamq; inauditum nefas, tā leui pœna prosecuti simus. Quid enim crudeliter in authorem tam immanis facinoris consuli potest: in quo omnia diuina & humana iura violata, contempta, & penè extincta sunt. Singula flagitia suas habent pœnas, & humanitus & diuinitus constitutas: & vt scelerum sunt quidam gradus, sunt etiam in pœnis suppliciorum accessiones. Occi-

Maria Scotorum Regina ob detestandum parricidiū meritò deiecta de dignitatis solio.

dit aliquis hominem? facinus per se immane. Quid, qui etiã familiarẽ? qui patrem? quid qui in vno scelere omnia hæc complexus est? Eius profectò neq; vita pœnis exigendis, neq; corpus perferendis, neq; iudicum solertia excogitandis sufficere potest. Quid est horum quod in hoc scelere non contineatur? Omitto illa vulgaria, hominem adolescentem, innoxium, ciuem, familiarem, sobrinum, factum etiam, si fieri potest excusemus: Fecit temerè mulier adolescẽs, irata, læsa, summa ante vitæ innocentia: & hominem flagitiosum, adulterum, durum maritum, Regem crudelem occidit. Hæc, si in causa, non singula, sed vniuersa etiã essent, non ad deprecandum supplicium, sed ad commiserationem fortunæ valere deberent. Quid quòd nihil horum ne falsò quidem prætendi potest? facinus ipsum per se odiosum, in muliere

Multo mitius inflictũ Reginæ supplicium quàm sceleris eius atrocitas commerebatur,

liere prodigiosum, in vxore non modò immoderatè amata, sed vehementer etiam culta, incredibile: & aduersus eum perpetratum, cuius ætas veniam, charitas amorem, propinquitas reuerentiam, innocentia fauorem demereri poterat: aduersus eum, dico, adolescentē, in quo nulla peccandi causa iusta prætenditur, omnia peccatorum tormenta consumere, vel etiam superare, cuius tandem crudelitatis esse statuemus?

*Sed hæc in alijs valeant ad odiū, ad pœnas, ad exempla posteritati prodenda. Hîc verò multa ætati, multa generi, multa * regio nomini cōdonemus. Ego certè is nō sum, qui summo iure semper vtendum censeam, ne in priuatis quidem, & plebeijs hominibus. Sed in summo scelere, iuris omnē vim soluere, & vbi peccā-*

** Regio nomini multa condonanda sunt: at non omnia tamē. Porro si nomini et titulo regis tantum tribuendum sit, quāto amplius vita Regis deferēdum est? Ideoq; quisquis vitam regis eripit, indignum se statuit, cui regij nominis titulus ad impunitatem patrocinetur.*

dit aliquis hominem? facinus per se immane. Quid, qui etiã familiarẽ? qui patrem? quid qui in vno scelere omnia hæc complexus est? Eius profectò neq; vita pœnis exigendis, neq; corpus perferendis, neq; iudicum solertia excogitandis sufficere potest. Quid est horum quod in hoc scelere non contineatur? Omitto illa vulgaria, hominem adolescentem, innoxium, ciuem, familiarem, sobrinum, factum etiam, si fieri potest excusemus: Fecit temerè mulier adolescẽs, irata, læsa, summa ante vitæ innocentia: & hominem flagitiosum, adulterum, durum maritum, Regem crudelem occidit. Hæc, si in causa, non singula, sed vniuersa etiã essent, non ad deprecandum supplicium, sed ad commiserationem fortunæ valere deberent. Quid quòd nihil horum ne falsò quidem prætendi potest? facinus ipsum per se odiosum, in muliere

Multo mitius inflictũ Reginæ supplicium quàm sceleris eius atrocitas commerebatur,

liere prodigioſum, in vxore non modò immoderatè amata, ſed vehementer etiam culta, incredibile: & aduerſus eum perpetratum, cuius ætas veniam, charitas amorem, propinquitas reuerentiam, innocentia fauorem demereri poterat: aduerſus eum, dico, adoleſcentē, in quo nulla peccandi cauſa iuſta prætenditur, omnia peccatorum tormenta conſumere, vel etiam ſuperare, cuius tandem crudelitatis eſſe ſtatuemus?

*Sed hæc in alijs valeant ad odiū, ad pœnas, ad exempla poſteritati prodenda. Hîc verò multa ætati, multa generi, multa * regio nomini cōdonemus. Ego certè is nō ſum, qui ſummo iure ſemper vtendum cenſeam, ne in priuatis quidem, & plebeijs hominibus. Sed in ſummo ſcelere, iuris omnē vim ſoluere, & vbi peccā-*

** Regio nomini multa condonanda ſunt: at non omnia tamē. Porro ſi nomini et titulo regis tantum tribuendum ſit, quāto amplius vita Regis deferēdum eſt? Ideoq; quiſquis vitam regis eripit, indignum ſe ſtatuit, cui regij nominis titulus ad impunitatem patrocinetur.*

*di nullus eſt modus, infra modum in vindicando deſcendere, ad omnium legum interitum, & euerſionem ſocietatis humanæ pertinet. In hoc autem ſcelere tanta eſt omnium flagitiorum colluuies, omnis immanitatis acerbitas; omnis humanitatis obliuio, vt ſupra fingendi vel excogitandi nullus ſuperſit locus. Ac ſuperiora illa omitto. Non inquiram nimium diligenter in facta Principum: neq; ad vulgarem trutinam ea examinabo: non exigam vulgares officiorum gradus: ſi quid ſit, quod ſine ſcelere præteriri poſſit, libenter ſilebo: ſi quid vel ætatis, vel ſexus, vel temeritatis etiam excuſationem admittere poſſit, non vrgebo. Atq;, vt reliqua præteream, * duo ſunt omnino ſcelera, quæ neq; pro magnitudine ſatis explicari, neq; pro immanitate ſatis puniri poſſint: Matrimonij,*

* Duo ſunt ſcelerum genera, quibus nullo modo parcendum: Matrimonij, et Regiæ maieſtatis violatio.

monij, dico, & Regiæ maiestatis violationem. Matrimonium enim, vt inquit Apostolus, verè magnum continet mysterium. Nam vt conseruatum omnia inferiora officiorũ genera in se complectitur, ita violatum, omnia euertit. Qui parentem violauit, omnem pietatis reuerentiam ex animo eiecisse creditur: At mariti causa relinquet homo patrem & matrem. Ac cœteri quidem officiorum vel gradus, vel similitudines, in brutis animãtibus aut omnino non insunt, aut certè sunt obscuriores. * Charitatis verò coniugalis, nullum ferè est animal, quod sensum aliquem non habeat. Hoc igitur mysterium qui non modò violat, sed prorsus contemnit, non leges, nõ societatis humanæ fundamenta omnia euertit,

Charitas coniugalis si in brutis etiam retinetur animantibus: quãto minus in hominibus eius ferenda est violatio?

Quòd si lex dei vitam non permittit ei, quæ thorum maritalem cõmaculauit: quid fiet ei,

tit,

ei, quæ non thorum, sed vitam etiam mariti è medio sustulit?

tit, sed omnem naturæ ordinē, quod in se est, soluit & perturbat. Qui vero Regem, qui vera est in terris Dei * imago, non violat dico, sed trucidat, & ita crudeliter trucidat nouo & inusitato atrocitatis genere, vt nō simplici supplicio impotens & incredibilis truculentia sit contenta: nonnè ipsum tibi Deum de cœlo, quantum in ipso est detrahere voluisse videatur? Quem igitur ad misericordiam aditum sibi reliquerunt, qui non modò omnē crudelitatis modum, sed etiam fidem, in odij iniusti libidine explenda superarunt?

* Princeps dei imaginem refert in terris. Qui igitur maiestatē lædit, deum lædit. Qui vero occidit, perinde facit acsi deum ipsum de cælo detrahere gygantea audacia aggrediatur, nec venia dignus nec vita.

Si Maiestatem vel leuiter læsisse capitale sit et morte vindicandū: Quid tū erit occidisse?

At parci oportere dicent Nobilitati, dignitati, ætati. Si quidem illa ei pepercit, in quo hæc omnia, vel maiora,

*maiora, vel certè paria fuerunt. Valeat Regij nominis maieštas: Quantum ſibi ad ſalutem valere debeat, ipſa prodidit exemplum. Committamus ei noštram ſalutem, quæ ſoror fratrem, vxor maritum, Regina Regem excarnificauit? Committamus noſtram ſalutem ei, quam nunquàm pudor à libidine, ſexus à crudelitate, ab impietate religio reuocauit. Commitamus veniã ætati, ſexui, errori, cùm nullis odiorũ iuſtis cauſis in propinquo, Rege, marito, hæc omnia contempſerit? * Quæ hæc iniuštæ iræ ſupplicia expetiuerit, quid eam contumelijs prouocatam facturã exiſtimabimus, aduerſus homines nulla ſanguinis propinquitate coniunctos, libidini ſuæ obnoxios, & non in æquam vitæ ſocietatẽ, ſed in tutelam datos, in carnificinã redditos? cum interpellatæ libidinis impotentia, & naturæ immanitas licentiæ armis*

Quæ mulier in maritum, et regẽ tam tenerè etiam amata, tam crudeliter grassata eſt, quid eam iniurijs læſam in alios facturam expectabimus?

munita, in miserorum ciuium bonis, & sanguine debacchabitur? quod est igitur hoc crimen cuius rei traducimur? quæ est hæc nostra crudelitas? Quòd videlicet mulierē, sine modo, sine modestia furentem, & viribus potestatis ad ciuium incolumitatem tuendam acceptæ, ad omnium perniciem abutentē, sub propinquorum & beneuolentium tutela continuerimus? & à qua, iure, scelerum supplicium expetere poteramus, nullam grauiorem ei pœnam irrogauerimus, quàm vt à scelere perpetrando eam prohibuerimus? Non enim ei libertatem, sed effrenem flagitiorum licentiam ademeramus. In quo magis formidamus nimiæ lenitatis apud bonos omnes reprehensionem, quàm apud malos crudelitatis calumniam.

Defensio iudicij aduersus Reginā Scot. indicti.

Literæ

¶ Literæ Reginæ Scot. ad comitem Bothuelium scriptæ.



Osteaquàm ab eo loco discessi vbi reliquerā cor meum, facilis est coniectura qui meus fuerit vultus: cùm planè perindè essem atq; corpus sine corde. Ea fuit causa cur toto prandij tempore, neq; contulerim sermonem cum quoquam, neq; quisquam se offerre mihi sit ausus: vt qui indicarent id non esse ex vsu. Ad quatuor passuum milia antè quàm ad oppidum accessissem, homo honesto loco natus, à Comite Leninia ad me venit, atq; eius nomine salutauit. Excusauit Comitem quòd non ipse obuiam processisset: id enim quò minus auderet, in causa fuisse quòd verbis asperioribus Cunigamium compellassem. Petiuit etiam vt inquirerem de suspicione mea aduersus Comitem. Postrema hæc sermonis pars, ab ipso, iniussu Comitis, erat adiecta. Ego respondi, nullam aduersus timorem esse medicinam: neq; si extra

Prima ad Bothueliū epistola.

Regina cæcus erga Bothueliū amor, et impudens.

tra culpam esset, tam meticulosum futurum: neq; me, nisi ad dubitationes, quæ in eius literis erant, asperius respondisse. In summa, imposui homini silentiũ. Longum esset cætera perscribere. D. Iacobus Hamiltonius mihi obuiam venit. Is ostendit superiore tempore, cum de meo aduentu audisset, eum discessisse, ac Hustonem ad se misisse, qui diceret, se nunquàm fuisse crediturum, quòd aut ipsum persequeretur, aut Hamiltoniјs se coniungeret: Se verò respondisse sui itineris causam vnam fuisse, vt me videret: neq; cùm Stuartis, aut Hamiltoniјs, iniussu meo, se coniuncturum.

Lusius Hustonus, Caldoclliј filius, comitati quadraginta circiter equis obuiam venerunt. Lusius dixit, se à Regis patre in eum ipsum diem vt causam diceret accersitum, contra quàm chirographo promisisset: Id chirographum penes se esse: Tamen cum de meo aduentu rescitum esset, diem prolatum: se accersitum à Comite, ire nolle: ac iurat se nihil vnquàm ab eo velle. Nemo oppidanorum me conuenit, quæ res facit vt vos credam ab illo stare: prætereà benè loquun-

loquuntur, saltem de filio. Nullos præterea Nobiles video, præter meos comites. Rex accersiuit Ioachimum heri, ac eum interrogauit, cur non propè se diuerterem: id enim si fecissem se citiùs surrecturum: Item cur venissem? an reconciliationis causa? ac nominatim, an tu hic esses? an familiæ catalogum fecissem? an Paridem, & Gilbertum accepissem, qui mihi scriberent? an Iosephũ dimissura essem? miror quis ei tantum indicarit: Etiam vsq; ad nuptias Sebastiani sermo peruenit. Ego eum de suis literis rogaui: in quibus questus erat de quorundam crudelitate. Respondit se nonnihil esse attonitum, meumq; ei conspectum tam iucundum, vt putaret se lætitia moriturum. Offendebatur, eò quòd tam cogitabunda essem. Ego discessi ad cœnam: qui has fert tibi, de meo aduentu narrabit.

Rogauit me vt redirem, quod & feci. Suum mihi morbũ explicauit: Seq; nullum Testamentum facturum, nisi id vnum, quòd omnia mihi relinqueret: me autem sui morbi causam fuisse, quòd molestè tulisset me tam alieno erga se animo fuisse.

Regis studium et charitas singularis erga Reginam.

 fuisse.

fuiſſe. Ac poſteà inquit, me rogas quid ſibi velit illa crudelitas, cuius mentio eſt in meis literis? Ad te vnam id ſpectat, quæ meas pollicitationes, ac pœnitentiam recipere non vis: fateor à me peccatum eſſe: ſed non in eo, quod ſemper negaui. Peccaui etiam aduerſus quoſdam ciuium tuorum, quod mihi abs te condonatum eſt. Ego ſum adoleſcens: ac tu dicis, quòd poſt veniam ſæpè abs te datam, adhuc ad peccata redeo. Nonnè homo, qua ego ſum ætate, conſilio deſtitutus, bis, aut ter labi poteſt? aut pollicitis non ſtare? ac deinde ſui errati pœnitere, & rerum vſu corrigi? Quòd ſi veniam impetrare potero, polliceor me nunquàm poſt hâc peccaturum. Nihil autem aliud peto, niſi vt cõmuni menſa & lecto, tanquàm coniuges, vtamur. Ad hæc niſi tu conſentias, nunquàm ex hoc lecto reſurgam. Te rogo vt mihi indices quid decreueris. Nouit autem Deus quid pœnarum feram, quod Deum mihi te fecerim, ac nihil aliud niſi te cogitem. Quòd ſi quando te offendo, tu ipſa in cauſa es: Nam cùm aliquis me offendit, ſi id perfugium haberem, vt apud te queri poſſem, ad neminem

Rex mẽſam et lectum communem ab vxore petens non admittitur.

minem alium querelam deferrem. Sed si quid audio, nec te familiariter vtor, cogor id in pectore clausum tenere: quæ res ita me angit, vt mentē & consilium mihi prorsus excutiat.

Ego semper ei respondebam: sed nimis longum esset omnia perscribere. Rogaui eum cur discessum adornaret in ista naue Anglica. Ille id pernegat, adiecto etiam iuramento. Sed confessus est se cum Anglis colloqutū. Posteà rogaui eum de quæstione Gulielmi Heigait. Id quoq; negauit, donec ipsa verba quæ prolata erant, ei detulissem. Tum dixit se certiorem à Minto factum, dici quendam è consilio literas de se mittendo in carcerem, ac nisi pareret, occidendo, ad me detulisse vt subscriberem: ac se idem ex ipso Minto quæsiße, eumq; respondisse, sibi verum videri. De hoc capite eum cras conueniam. Quod ad reliqua de Gulielmo Hiegait, ea confessus est: nec id nisi postridiè quàm venerā. Magnoperè cupiebat vt ego in eius hospitio apud eum diuerterem. Ego recusaui, ac dixi ei opus eße purgatione, nec id hîc fieri posse. Dixit se accepisse quòd lecticam

Regina fingit causas a marito discedendi.

eam mecum attulissem: se verò maluisse mecum vnà proficisci. Credebat opinor quòd in carcerem eum aliquò amandatura essem. Ego respondi quòd ductura mecum essem ad Cragmillarium, vbi & Medici, & ego possemus ei adesse: neq; longè à meo filio abesse. Ille respondit se, vbi vellem, paratū esse, modò de eo quod peteret securum se facerem. Cupiebat ne à quoq; conspiceretur. Irascitur quoties ei mentionem Walcarij facio, ac se, dicit, aures ei è capite auulsurum: ac mentiri eum ait. Nam de hac re eum interrogaram: ac de eo quòd iratus esset quibusdam Procerum, atq; eis minaretur. Id negat, & ait omnes sibi charos esse, ac me rogat nè quid secus de se crederem. Quod ad me attinet, se malle de vita discedere, quàm quicquam committere quod me offenderet.

Ac posteà tantum minutarum adulationum tam moderatè ac tam prudenter mihi effudit, vt tibi res admirationi sit futura. Penè oblita eram, quod dixit in hoc negocio Hiegait non posse de me quicquam suspicari. Se enim nunquam crediturum, quòd ego quæ propria eius caro

caro essem, quicquam mali ei facerem. Etiam se rescisse, quòd ego ei rei subscribere recusassem: quòd si quis suam vitam peteret, futurum vt satis magno ei constaret. Sed sibi neminem nec suspectum esse, nec futurum: sed si omnem dilecturum quos ego diligerem. Nolebat permittere, vt à se discederem, sed cupiebat vt vnà secum vigilarem. Ego simulabam omnia videri vera, ac mihi curæ esse: atq; excusaui quod illa nocte vigilare nõ possem: ait se non benè dormire: nunquã vidi eum melius habere, aut loqui humilius: Ac nisi experimento didicissem, quàm esset eius cor cererum, meum adamantinum, & quale nullum telum penetrare posset, nisi quod è tuo manu veniat, propè erat, vt eius miserta fuissem. Sed ne time, præsidium ad mortem vsq; custodietur: tu vide ne tuum capi sinas à gente illa perfida, quæ non minore contentione tecum de hoc ipso aget: arbitror in eadem schola doctos fuisse. Iste semper in oculis habet lachrymam: salutat omnes, etiam vsq; ad infimos: & miseris modis eos ambit, vt ad sui misericordiam eos perducat. Hodie patri eius, sanguis e

Regina suo indicio tan-quàm sorex suam ipsa impietatem et scelus prodit.

Videtur hæc mariticida ex præsagio paterni sanguinis, audaciam sumere grassandi in necem sui mariti.

naribus, & ore fluxit: tu conijce quale id sit præsagium: nondum eum vidi, continet enim se in cubiculo. Rex poscit, vt meis manibus sibi tradam cibum: sed tu nihilo magis istic sis crediturus, quàm ego hic ero.

Hæc est mea primi diei expeditio, eandem cras finiam. Omnia scribo, etsi non sunt magni ponderis, , vt tu optima seligendo iudicium facias. Ego in negotio mihi maxime ingrato versor. Nunquid subit cupiditas ridendi, videndo me tam bene mentiri, saltem dissimulare tã bene, ac interim vera dicere? Omnia mihi aperuit sub nominibus Episcopi, & Sutherlandi. Nec tamen adhuc collocuta sum, aut verbo attigi quicquam eorum quæ tu mihi declarasti: sed tantum vi adulationum & precum ago, vt a me sit securus: & conquerendo de Episcopo, omnia de eo expiscata sum: cætera audisti. Nos sumus coniuncti cum duobus infidis hominum generibus. Diabolus nos seiungat, ac nos coniungat Deus in perpetuum, vt simus fidissimum par quod vnquam iunctum est. Hæc mea fides est, in ea volo mori. Excusa quòd malè pingam

Impudens et mendax Reginæ dissimulatio et perfidia in maritũ.

Imprecatio Reginæ cõtra maritum.

gam: dimidium te oportet diuinare. Sed ego ei rei mederi non possum. Non enim optimè valeo, & tamen magna fruor lætitia scribendo ad te cum alij dormiunt: quando ego dormire non possum, vt illi faciunt, nec vt ego vellem, hoc est in tuo complexu, mi chare amice, à quo precor Deum vt omnia mala auertat, & quietem mittat. Ego eo vt meam quietem inueniam in crastinum, vt tum mea biblia finiam. Sed angor quòd ea me scribendo de meipsa ad te impediat, quia tam diu est: fac me certiorem quid, de re quam nosti, decreueris, vt alter alterum intelligamus, ne quid ob id secus fiat. Ego nudata sum, ac dormitum eo, nec tamen me continere possum, quò minus quod restat chartæ deformiter conscribellem. Malè et isti variolato, qui me tot laboribus exercet: nam absq; eo, esset vt materiam multò elegantiorem ad differendum haberem. Non magnopere deformatus est, multum tamen accepit: penè me suo enecauit anhelitu: est enim grauior q̃ tui propinqui, & tamen non accedo propius ad eũ, sed in cathedra sedeo ad pedes eius, cũ ipse in remotissima lecti parte sit.

Regina libidine æstuans, et amore Bothuelij insaniens.

De Rege marito intelligit, quẽ ipsa veneno deformauit quum occidisse potius cogitarat.

Nuncius patris in itinere.
Sermo D. Iacobi Hamiltonij.
De eo, quod Lussæ Comarchus mihi retulit de dilatione.
De quibus interrogauit Ioachimum.
De ordinatione familiæ.
De meo comitatu.
De causa mei aduentus.
De Iosepho.
Item de sermone inter me & illum.
De eius voluntate placendi mihi, & de eius pœnitentia.
De interpretatione suarum literarum.
De negotio Gulielmi Hiegait, & de suo discessu.
De Domino de Leniston.

Pene oblita eram, quòd Dominus D. Lenistonus. *Lenistonius, D. Reresiæ dixit in aurem dum cœnaret, quòd præbiberet eis quos nossem, ea lege vt ego rebiberem eorum nomine. Ac post cœnam dixit mihi, dum ad ignem calefiebam cum ei inniterer. Bella inquit, huiusmodi hominum visitatio. Non tamen tanta è tuo accessu potest eis esse letitia, quanta in molestia quidam hodie relictus est: qui nunquam latus erit, donec te iterum videbit. Ego*

de

de eo quæsiui quisnam is eßet. Ille arcti-us corpus meum comprimens, respondit, vnus eorum qui te reliquerunt: tu quis sit diuinare potes. Ego hodie elaboraui vsq; ad horam secundam in hac armilla vt clauem includerem quæ subtus annexa est duobus funiculis: male autem facta est ob temporis angustiam, sed faciam pulchriorem. Interim prospice, ne quisq; eorum qui hic sunt videat: quia omnes mortales eam agnoscent, tanta festinatione in omnium oculis facta est.

Institutum hoc odiosum non aliter quam de cæde mariti intelligi posse videtur.

Nunc proficiscor ad institutum meum odiosum. Tu me adeo dissimulare cogis, vt etiam ipsa horream: ac tantum non proditricis partes me agere cogis. Illud reminiscere, quòd nisi tibi obsequendi desiderium me cogeret, mallem mori, q̃ hæc committere: cor enim mihi ad hæc sanguinem fundit. Breuiter negat se mecum venturum, nisi ea lege, vt ei pollicear me communi cum eo mensa & thoro vsuram velut antea, ac ne sæpius eum derelinquam. Hoc si faciam, quicquid velim faciet, ac me comitabitur: sed me rogauit, vt se expectarem in diem perendinum. Valde ferociter ab initio loquebatur

tra culpam esset, tam meticulosum futurum: neq; me, nisi ad dubitationes, quæ in eius literis erant, asperius respondisse. In summa, imposui homini silentiū. Longum esset cætera perscribere. D. Iacobus Hamiltonius mihi obuiam venit. Is ostendit superiore tempore, cum de meo aduentu audisset, eum discessisse, ac Hustonem ad se misisse, qui diceret, se nunquàm fuisse crediturum, quòd aut ipsum persequeretur, aut Hamiltonijs se coniungeret: Se verò respondisse sui itineris causam vnam fuisse, vt me videret: neq; cùm Stuartis, aut Hamiltonijs, iniussu meo, se coniuncturum.

Lusius Hustonus, Caldoclly filius, comitati quadraginta circuer equis obuiam venerunt. Lusius dixit, se à Regis patre in eum ipsum diem vt causam diceret accersitum, contra quàm chirographo promisisset: Id chirographum penes se esse: Tamen cum de meo aduentu rescitum esset, diem prolatum: se accersitum à Comite, ire nolle: ac iurat se nihil vnquàm ab eo velle. Nemo oppidanorum me conuenit, quæ res facit vt eos credam ab illo stare: pretereà benè loquun-

loquuntur, saltem de filio. Nullos præterea Nobiles video, præter meos comites. Rex accersiuit Ioachimum heri, ac eum interrogauit, cur non propè se diuerterem: id enim si fecissem se citiùs surrecturum: Item cur venissem? an reconciliationis causa? ac nominatim, an tu hîc esses? an familiæ catalogum fecissem? an Paridem, & Gilbertum accepissem, qui mihi scriberent? an Iosephũ dimissura essem? miror quis ei tantum indicarit: Etiam vsq; ad nuptias Sebastiani sermo peruenit. Ego eum de suis literis rogaui: in quibus questus erat de quorundam crudelitate. Respondit se nonnihil esse attonitum, meumq; ei conspectum tam iucundum, vt putaret se lætitia moriturum. Offendebatur, eò quòd tam cogitabunda essem. Ego discessi ad cœnam: qui has fert tibi, de meo aduentu narrabit.

Rogauit me vt redirem, quod & feci. Suum mihi morbũ explicauit: Seq; nullum Testamentum facturum, nisi id vnum, quod omnia mihi relinqueret: me autem sui morbi causam fuisse, quòd molestè tulisset me tam alieno erga se animo *Regis studium et charitas singularis erga Reginam.*

 fuisse.

fuiße. Ac posteà inquit, me rogas quid sibi velit illa crudelitas, cuius mentio est in meis literis? Ad te vnam id spectat, quæ meas pollicitationes, ac pœnitentiam recipere non vis: fateor à me peccatum esse: sed non in eo, quod semper negaui. Peccaui etiam aduersus quosdam ciuium tuorum, quod mihi abs te condonatum est. Ego sum adolescens: ac tu dicis, quòd post veniam sæpè abs te datam, adhuc ad peccata redeo. Nonnè homo, qua ego sum ætate, consilio destitutus, bis, aut ter labi potest? aut pollicitis non staret ac deinde sui errati pœnitere, & rerum vsu corrigi? Quòd si veniam impetrare potero, polliceor me nunquàm posthâc peccaturum. Nihil autem aliud peto, nisi vt cõmuni mensa & lecto, tanquàm coniuges, vtamur. Ad hæc nisi tu consentias, nunquàm ex hoc lecto resurgam. Te rogo vt mihi indices quid decreueris. Nouit autem Deus quid pœnarum feram, quod Deum mihi te fecerim, ac nihil aliud nisi te cogitem. Quòd si quando te offendo, tu ipsa in causa es: Nam cùm aliquis me offendit, si id perfugium haberem, vt apud te queri possem, ad neminem

Rex mẽsam et lectum communem ab Vxore petens non admittitur.

minem

minem alium querelam deferrem. Sed si quid audio, nec te familiariter vtor, cogor id in pectore clausum tenere: quæ res ita me angit, vt mentē & consilium mihi prorsus excutiat.

Ego semper ei respondebam: sed nimis longum esset omnia perscribere. Rogaui eum cur discessum adornaret in ista naue Anglica. Ille id pernegat, adiecto etiam iuramento. Sed confessus est se cum Anglis colloquutū. Posteà rogaui eum de quæstione Gulielmi Heigait. Id quoq; negauit, donec ipsa verba quæ prolata erant, ei detulissem. Tum dixit se certiorem à Minto factum, dici quendam è consilio literas de se mittendo in carcerem, ac nisi pareret, occidendo, ad me detulisse vt subscriberem: ac se idem ex ipso Minto quæsisse, eumq; respondisse, sibi verum videri. De hoc capite eum cras conueniam. Quod ad reliqua de Gulielmo Hiegait, ea confessus est: nec id nisi postridie quàm venerā. Magnoperè cupiebat vt ego in eius hospitio apud eum diuerterem. Ego recusaui, ac dixi ei opus eße purgatione, nec id hîc fieri posse. Dixit se accepisse quòd lecti-

Regina fingit causas a marito discedendi.

eam mecum attulissem: se verò maluisse mecum vnà proficisci. Credebat opinor quòd in carcerem eum aliquò amandatura essem. Ego respondi quòd ductura mecum essem ad Cragmillarium, vbi & Medici, & ego possemus ei adesse: neq; longè à meo filio abesse. Ille respondit se, vbi vellem, paratū esse, modò de eo quod peteret securum se facerem. Cupiebat ne à quoq; conspiceretur. Irascitur quoties ei mentionem Walcarij facio, ac se, dicit, aures ei è capite auulsurum: ac mentiri eum ait. Nam de hac re eum interrogaram: ac de eo quòd iratus esset quibusdam Procerum, atq; eis minaretur. Id negat, & ait omnes sibi charos esse, ac me rogat nè quid secus de se crederem. Quod ad me attinet, se malle de vita discedere, quàm quicquam committere quod me offenderet.

Ac posteà tantum minutarum adulationum tam moderatè ac tam prudenter mihi effudit, vt tibi res admirationi sit futura. Penè oblita eram, quod dixit in hoc negocio Hiegait non posse de me quicquam suspicari. Se enim nunquam crediturum, quòd ego quæ propria eius caro

caro essem, quicquam mali ei facerem. Etiam se resciisse, quòd ego ei rei subscribere recusassem: quòd si quis suam vitam peteret, facturum vt satis magno ei constaret. Sed sibi neminem nec suspectum esse, nec futurum: sed se omnem dilecturum quos ego diligerem. Nolebat permittere, vt à se discederem, sed cupiebat vt vnà secum vigilarem. Ego simulabam omnia videri vera, ac mihi curæ esse: atq; excusaui quod illa nocte vigilare nõ possem: ait se non benè dormire: nunquã vidi eum melius habere, aut loqui humilius: Ac nisi experimento didicissem, quàm esset eius cor cererum, meum adamantinum, & quale nullum telum penetrare posset, nisi quod è tuo manu veniat, propè erat, vt eius miserta fuissem. Sed ne time, præsidium ad mortem vsq; custodietur: tu vide ne tuum capi sinas à gente illa perfida, quæ non minore contentione tecum de hoc ipso aget: arbitror in eadem schola doctos fuisse. Iste semper in oculis habet lachrymam: salutat omnes, etiam vsq; ad infimos: & miseris modis eos ambit, vt ad sui misericordiam eos perducat. Hodie patri eius, sanguis e

Regina suo indicio tanquàm sorex suam ipsa impietatem et scelus prodit.

Videtur hæc mariticida ex præsagio paterni sanguinis, audaciam sumere grassandi in necem sui mariti.

naribus, & ore fluxit: tu conijce quale id sit præsagium: nondum eum vidi, continet enim se in cubiculo. Rex poscit, vt meis manibus sibi tradam cibum: sed tu nihilo magis istic sis crediturus, quàm ego hic ero.

Hæc est mea primi diei expeditio, eandem cras finiam. Omnia scribo, etsi non sunt magni ponderis,, vt tu optima seligendo indicium facias. Ego in negotio mihi maxime ingrato versor. Nunquid subit cupiditas ridendi, videndo me tam bene mentiri, saltem dissimulare tã bene, ac interim vera dicere? Omnia mihi aperuit sub nominibus Episcopi, & Sutherlandi. Nec tamen adhuc collocuta sum, aut verbo attigi quicquam eorum quæ tu mihi declarasti: sed tantum vi adulationum & precum ago, vt a me sit securus: & conquerendo de Episcopo, omnia de eo expiscata sum: cætera audisti. Nos sumus coniuncti cum duobus infidis hominum generibus. Diabolus nos seiungat, ac nos coniungat Deus in perpetuum, vt simus fidissimum par quod vnquam iunctum est. Hæc mea fides est, in ea volo mori. Excusa quòd malè pingam

Impudens et mendax Reginæ dissimulatio et perfidia in maritũ.

Imprecatio Reginæ cõtra maritum.

gam

gam: dimidium te oportet diuinare. Sed ego ei rei mederi non possum. Non enim optimè valeo, & tamen magna fruor lætitia scribendo ad te cum alij dormiunt: quando ego dormire non possum, vt illi faciunt, nec vt ego vellem, hoc est in tuo complexu, mi chare amice, à quo precor Deum vt omnia mala auertat, & quietem mittat. Ego eo vt meam quietem inueniam in crastinum, vt tum mea biblia finiam. Sed angor quòd ea me scribendo de meipsa ad te impediat, quia tam diu est: fac me certiorem quid, de re quam nosti, decreueris, vt alter alterum intelligamus, ne quid ob id secus fiat. Ego nudata sum, ac dormitum eo, nec tamen me continere possum, quò minus quod restat charta deformiter conscribellem. Malè et isti variolato, qui me tot laboribus exercet: nam absq; eo, esset vt materiam multò elegantiorem ad differendum haberem. Non magnopere deformatus est, multum tamen accepit: penè me suo enecauit anhelitu: est enim grauior q̃ tui propinqui, & tamen non accedo propius ad eũ, sed in cathedra sedeo ad pedes eius, cũ ipse in remotissima lecti parte sit.

Regina libidine æstuans, et amore Bothuelij insaniens.

De Rege marito intelligit, quẽ ipsa veneno deformauit quum occidisse potius cogitarat.

Nuncius patris in itinere.
Sermo D. Iacobi Hamiltonij.
De eo, quod Lussæ Comarchus mihi retulit de dilatione.
De quibus interrogauit Ioachimum.
De ordinatione familiæ.
De meo comitatu.
De causa mei aduentus.
De Iosepho.
Item de sermone inter me & illum.
De eius voluntate placendi mihi, & de eius pœnitentia.
De interpretatione suarum literarum.
De negotio Gulielmi Hiegait, & de suo discessu.
De Domino de Leniston.

D. Lenistonus. *Pene oblita eram, quòd Dominus Lenistonius, D. Reresiæ dixit in aurem dum cœnaret, quòd præbiberet eis quos nossem, ea lege vt ego rebiberem eorum nomine. Ac post cœnam dixit mihi, dum ad ignem calefiebam cum ei inniterer. Bella inquit, huiusmodi hominum visitatio. Non tamen tanta è tuo accessu potest eis esse lætitia, quanta in molestia quidem hodie relictus est: qui nunquam lætus erit, donec te iterum videbit. Ego de*

de eo quæsiui quisnam is esset. Ille arcti-us corpus meum comprimens, respondit, vnus eorum qui te reliquerunt: tu quis sit diuinare potes. Ego hodie elaboraui vsq; ad horam secundam in hac armilla vt clauem includerem quæ subtus annexa est duobus funiculis: male autem facta est ob temporis angustiam; sed faciam pulchriorem. Interim prospice, ne quisq; eorum qui hic sunt videat: quia omnes mortales eam agnoscent, tanta festinatione in omnium oculis facta est.

Nunc proficiscor ad institutum meum odiosum. Tu me adeo dissimulare cogis, vt etiam ipsa horream: ac tantum non proditricis partes me agere cogis. Illud reminiscere, quòd nisi tibi obsequendi desiderium me cogeret, mallem mori, q̃ hæc committere: cor enim mihi ad hæc sanguinem fundit. Breuiter negat se mecum venturum, nisi ea lege, vt ei pollicear me communi cum eo mensa & thoro vsuram velut antea, ac ne sæpius eum derelinquam. Hoc si faciam, quicquid velim faciet, ac me comitabitur: sed me rogauit, vt se expectarem in diem perendinum. Valde ferociter ab initio loqueba-

Institutum hoc odiosum non aliter quam de cæde mariti intelligi posse videtur.

tur(vti qui has fert tibi narrabit)de colloquio cum Anglis, de suo discessu: sed tandem reuersus est ad suam humanitatem. Inter alia consilia quæ mihi retulit, se satis scire quòd meus frater ad me detulisset, quæ ipse cum eo egisset Sterelini. Quarum rerum dimidium negauit, ac maxime illud, quod fratris mei cubiculum esset ingressus: Vt ego facilius fidem apud eum assequerer, necesse mihi erat quædam fingendo ei obsecundare. Quamobrem cum rogaret vt ei pollicerer, cum primum reualuisset, communem nobis fore lectum: Ego dissimulanter dixi, ac fingens me bellis eius pollicitationibus fidem habere, me consentire, nisi ille interea propositum mutaret: sed interea videret ne quisquã id rescisceret, propterea quòd proceres nostris colloquijs offendi non possent, nec ideo male velle, sed in timore futuros quod comitatus fuisset: si aliquando inter nos concordes essemus, se daturum operam vt intelligerent quàm parui eum æstimassent. Item quòd mihi consuluisset ne gratiam quorundam seorsum à se expeterem.

Has ob causas eos in magna suspicione

futuros

futuros, si ego faciem scena ad contrariam huic fabulam instructa, in præsentia eis inscijs turbarem. Tum ille vehementer lætus subiecit. Et tu putas ne quod pluris illi te æstimabunt ob hanc causã? Sed valde gaudeo, quòd sermonem de proceribus iniecisti, nunc quidem credo te cupere, ut unà concorditer viuamus: nam ni ita esset, maiora quàm uterq; timemus incommoda utriq; possent euenire. Sed nunc quod tu vis, volo, & quod amabis amabo, & cupio vt eorum similiter concilies amorem: quia postquam non petunt vitam meam, omnes amo ex æquo. Circa hoc caput hic tabellarius multa minuta tibi declarabit: quia nimis multa supersunt scribenda, & iam serum est: huic adhibebis fidem iuxta tuum verbum. Breuiter, meo iussu quouis ibit. Hei mihi, nunquam quenquam decepi: sed ego me in vniuersum tuæ voluntati subijcio. Fac me certiorem quid faciam: & quicunq; sequatur euentus, tibi obsequar. Etiam tecum perpende, an comminisci queas aliquam occultiorem rationem per medicinam. Sumpturus est enim, et medicina, et Balneum, ad Cragmilla-

Turpis reginæ subiectio.

De veneno dando conspirat Regina cum Bothuelio.

millarium. Non potest domo egredi ad multos dies. Breuiter, quantum intelligere possum, in magna suspicione versatur: nihilo tamen minus magnam habet fidem orationi meæ: nec tamen usq; adeo vt quicquam mihi effutiat. Nihilo minus ego ex eo, siquidem tu vis, omnia apud eum profitear & agnoscam. Sed nũquam gaudebo in quouis homine, qui mihi fidit, decipiendo: nihilo minus tu mihi potes omnibus in rebus imperare: noli ideo sinistram opinionem de me concipere: quia tu ipse huius rei mihi author es: nunquam enim istud in eum committerem, meæ propriæ vltionis causa. Interim me attingit in loco suspecto: idq; ad viuum hactenus prologuutus est: sua crimina esse palam: sed sunt qui maiora cõmittant, & opinantur ea silentio tegi, & tamen homines de magnis iuxta & paruis loquuntur. De Reresia ait, Deum precor, vt officia quæ tibi præstat, sint tibi honori. Ait etiam quosdam credere, ac se id verum existimare, me non habere potestatem mei intra me: idq; quia recusauerim conditiones a se oblatas.

Reresia meretrix.

Breuiter, certum est quòd de eo quod scis

scis, suspicetur: ac de vita etiam. Quod ad posterius, cum primum ego duobus aut tribus bonis verbis eum cõpello, gaudet, ac timere desinit. Non vidi eum hac vespera, quia tuam armillam conficiebam: cui nullam possum ceram inuenire, id enim vnum ad perfectionem ei deest: & adhuc vereor ne aliquod se offerat infortunium, & conspici possit, si te contingat lædi: fac me certiorẽ num eam velis habere: & si plusculum pecuniæ velis habere: & quando debeam redire: & quem in loquendo modũ mihi statuam. Insanit ad mentionem de Lothintonio, de te, de fratre meo. De tuo fratre nihil loquitur. De Comite Argatheliæ in timore versor, quoties eum audio loquẽtem. Pro certo habet eum nihil de se malè opinari. De eis qui extra sunt nihil, neq; boni neq; mali loquitur, sed semper hunc locum vitat. Pater eius domi se continet: non dum enim vidi. Omnes Hamiltonij hic adsunt, & me comitantur valdè honorificè. Alterius omnes amici me comitantur, quoties eum viso. Petit à me vt cras tempori adsim, vt eum surgentem videam. Vt paucis absoluam, hic

tabellarius reliqua tibi narrabit. Siquid noui hic discam, vesperi faciam commẽtarium: Ille tibi explicabit meæ moræ causam. Crema has literas: sunt enim periculosæ, nec quicquam benè in eis dictum. Ego enim nihil cogito nisi molestias. Si fueris Edinburgi cum has accipies, fac me certiorem. Noli offendi, quia non nimium fido. Nunc postquàm ob studium tibi obsequendi, mi chare amice, neq; honori, neq; conscientiæ, nec periculis, neq; quantæuis magnitudini parco, rogo in bonam partem accipias, ac non iuxta interpretationem fallacis fratris vxoris tuæ: cui rogo nullam adhibeas fidem aduersus fidelissimã omnium quas aut habuisti, aut habebis, amicam. Noli eam intueri, cuius fictæ lachrymæ non debent tanti esse, quanti fidi labores, quos ego perfero, vt merear in eius locum succedere: quem vt obtineam, ego eos prodo (idq; aduersus ingenium meum) qui impedimento esse possent. Deus mihi det veniã. Et Deus tibi det, mi vnice amice, eum successum, & fœlicitatẽ, quam tua humilis & fidelis amica tibi optat: quæ breui sperat aliud de te in præmium mei molestii

Regina adultera honorẽ suum simul et cõscientiam prostituit.

Vxorem Bothuelij profligat Regina, quo maritũ eius sola possideat.

molesti laboris. Serum est: tamen nunquàm cupio cessare à scribẽdo ad te. Tamen nunc post oscula manuum tuarum, finem meis literis imponam. Excusa meam in pingendo imperitiam: easq; relege. Excusa cursionem characterum: quia heri chartam non habebam, cùm id quod in commentario erat, scriberem: Reminiscere tuæ amicæ, ac sæpè ad eam rescribe. Redama me, uti ego te amabo.

Reminiscere sermonis de Reresia.
De Anglis.
De matre eius.
De Comite Argatheliæ.
De Comite Bothueliæ.
De Hospitio Edinburgi.

¶ Alia Reginæ Epistola, ad Bothuelium.

Videtur cum tua absentia coniuncta esse obliuiscentia, præsertim cum in tuo discessu promiseris quòd me certiorẽ faceres, si quid incidisset tibi noui per singula propè momenta. Eorum expectatio propemodum in tantam lætitiam me cõiecit, quam in tuo reditu sim acceptura: *Secunda Reginæ epistola.*

 quem

quem distulisti vltrà quàm promiseras. Quod ad me attinet, quanquàm nihil audiam prætereà ex te noui, tamē iuxta partes mihi commissas, hominem adduco mecum ad Cragmillarium die lunæ, vbi erit toto die mercurij. Ego autem ibo Edinburgum vt mittam ex me sanguinē, si nihil intereà noui in contrarium de te audiam. Est hilarior, ac vegetior, quàm vnq̄ eum videris. Subijcit mihi in memoriam omnia, quæ efficere queant vt me credam ab eo amari. In summa, diceres quòd me cum summa obseruantia colat, & ambiat: qua de re ita magnam capio voluptatem, quòd nunq̄ ad eum ingredier, quin dolor lateris mei infirmi me inuadat: ita me malè habet. Si Paris ad me afferet id, cuius causa eum miseram, spero me melius habituram. Oro, fac me certiorem de tuis rebus prolixè: & quid mihi sit faciendum, si tu non eris reuersus cùm ego illùc venero. Quia nisi tu rem geras prudenter, video totū onus in meos humeros inclinaturum. Prospice omnia, ac prius tecum rem expende. Hæc tibi mitto per Betonem, qui proficiscitur ad diem dictam. D. Balfuria. Non dicam plura,

Regis erga reginam summa obseruantia.

Reginæ erga Regem summa ingratitudo et malitiosa impietas.

plura, nisi quòd te rogo vt de tuo itinere me certiorem facias. Glascua, hoc Sabbato manè.

¶ *Alia Epistola, ad eundem.*

DIutiùs illic morata sum q̃ volebam, nisi id factum fuisset vt aliquid ex eo exculperem, quod hic tabellarius tibi indicabit: quæ est bellissima occasio, quæ se poterat offerre ad excusandum nostra negotia. Promisi me ipsum cras ad eum adducturam: tu rem cura, si tibi commoda videtur. Nunc Domine ego pactum violaui: quia tu vetuisti ne vel scriberē, vel mitterem ad te. Non tamen hoc feci quò te offenderem: & si scires quanto in metu ego sum in præsentia, non tot in animo haberes cōtrarias suspiciones: quibus tamen ego faueo, & boni consulo, tanq̃ profectas ab ea re, quam ego omnium quæ sub cœlo sunt maximè cupio, & diligentissimè persequor, qui est tuus fauor: de quo mea me officia certam & securā facient. Quod ad me attinet, nunq̃ de eo desperabo: ac te rogo, vt iuxta tua promissa animum tuum mihi exponeres:

Tertia eius epistola.

Regina fauorem adulteri q̃ callidè eblanditur.

Recte ista sese cum Medea confert, nisi quod illa filios, hæc ipsum maritum occiderat.

*alioqui suspicabor fieri malo meo fato, & syderum fauore erga illas (quæ nec tertiam habent partem fidelitatis, & voluntatis tibi obsequendi, quam ego habeo) vt ipsa velut secunda Iasonis amica, me inuita, priorem apud te locum gratiæ occupauerint. Nec hoc eô dico, quo te cum homine, ea qua ille erat infœlicitate, cōparem: nec me cum muliere tam aliena à misericordia q̃ illa erat. Quanq̃ tu me cogis aliqua ex parte vt illi sim similis omnibus in rebus quæ ad te pertinent: aut quæ te seruare & custodire queant illi, cuius vnius iure totus es. Siquidem id tanq̃ meum mihi vendicare poßum, quòd paraui te vnum fideliter, imò vnice amando (quod & facio, & faciam dum vixero) secura omnis laboris & periculi, quæ illinc impendere poterunt. Et ob hæc omnia mala quorũ tu mihi causa fuisti, hanc repẽde gratiã, vt * loci memineris qui hîc vicinus est. Non postulo vt cras mihi promissa serues, sed vt congrediamur, et vt nullam fidem suspicionibus adhibeas, nisi rebus exploratis. Ego vero nihil aliud a Deo peto, nisi vt ea intelligas quæ sunt in animo meo, qui est tuus: & vt*

Regina insanus in Bothueliũ amor.

** Videtur locum cædi perpatrãdæ destinatum innuere.*

& vt te præseruet ab omni malo, saltem dum mihi supererit vita: quam & ego non duco mihi charam, nisi quatenus & ego, & illa tibi placemus. Ego eo cubitū, & tibi vale dico: fac me certiorem summo mane de tua valetudine: ego enim ero in molestia donec intelligam. Si auis euaserit è cauea, aut sine compare velut Turtur, ego remanebo sola vt lamenter absentiam tuam quamlibet breuem. Hæc epistola libenter faciet quod ego ipsa facere non potero, nisi forte tu (quod metuo) iam dormias. Non sum ausa scribere præsentibus Iosepho, Sebastiano, & Ioachimo, qui nihil aliud quàm discesserant, eum ego cœpi hæc scribere.

Catastrophe huius Tragœdiæ.

H*AE quidèm causæ Reginam ad id consiliū impulerant: erant & Bothuelio suæ rationes, quæ animū non leuitèr mouerent. Nam cùm absolutio illa infamis magìs rem auge-*

Fucus Bothuelij in occultando facinore.

ret, quàm suspicionem leuaret, neq; cælari res posset, ad vltimum remedium decurrit: vt videlicet, veniam omnium à se perpetratorum à Regina impetraret. Sed cùm ex more patrio in hoc genere diplomatum grauissimum crimen nominatim ascribere, cœtera velut appendicem in genere tantùm adiũgere, cædem Regis fateri nec honestum, nec tutum videbatur. Aliud igitur crimen grauius, aut certè non minus atrox, aut inueniendum, aut perpetrandum erat: sub cuius vmbra cædes Regia lateret. Neq; aliud succurrebat, nisi simulatus ille raptus, quo simùl & Regina suæ voluntati, & Bothuelius securitati prospiceret.

(*)

¶ In Mariam Reginam Scoticam.

O Regina tuos hos nunc aduerte furores,
  hæc de consilijs sunt manifesta tuis.
Nobilis ille tuas vires Darnleius heros
  pertulit, heu tristes pertulit ille faces.
Quæ mulier dulcem voluit sic perdere formam?
  Et genus, & virtus, fœdera sacra, fides,
Vxoris pietas, leges, vindicta Deorum,
  debebant animo plus valuisse tuo.
Siccine Bothwellum poteras sine lege tenere?
  hunc scelerata pati sic sine lege mori?
Siccine Bothwelli poterant te flectere verba,
  vt sua non iusto sanguine vota ferat?
Non tua fœmineo splendescit vita pudore,
  sed tua monstroso crimine vita nocet.
O vtinam proprio solo tua pessima membra
  quæ sit, sensissent, vltio iusta Dei.
Nos O sic salui (queis tu malesana noceres)
  euasissemus damna futura diu.
Anglia nam membrum sanum, crudelius vllum,
  inuenire sibi, nec sibi ferre potest.
Nam tua perpetuum molitur vita periclum:
  & sunt quæ voluis sanguinolenta nimis.
Ecce Comes Regis pater (est lachrymabile fatum)
  ingenio Dux est obrutus ecce tuo.

Fucus Bothuelij in occultando facinore.

ret, quàm suspicionem leuaret, neq; cælari res posset, ad vltimum remedium decurrit: ut videlicet, veniam omnium à se perpetratorum à Regina impetraret. Sed cùm ex more patrio in hoc genere diplomatum grauissimum crimen nominatim ascribere, cætera velut appendicem in genere tantùm adiũgere, cædem Regis fateri nec honestum, nec tutum videbatur. Aliud igitur crimen grauius, aut certè non minus atrox, aut inueniendum, aut perpetrandum erat: sub cuius vmbra cædes Regia lateret. Neq; aliud succurrebat, nisi simulatus ille raptus, quo simùl & Regina suæ voluntati, & Bothuelius securitati prospiceret.

(✽)

¶ In Mariam Reginam Scoticam.

O Regina tuos hos nunc aduerte furores,
hæc de consilijs sunt manifesta tuis.
Nobilis ille tuas vires Darnleius heros
pertulit, heu tristes pertulit ille faces.
Quæ mulier dulcem voluit sic perdere formam?
Et genus, & virtus, fœdera sacra, fides,
Vxoris pietas, leges, vindicta Deorum,
debebant animo plus valuisse tuo.
Siccine Bothwellum poteras sine lege tenere?
hunc scelerata pati sic sine lege mori?
Siccine Bothwelli poterant te flectere verba,
vt sua non iusto sanguine vota ferat?
Non tua fœmineo splendescit vita pudore,
sed tua monstroso crimine vita nocet.
O vtinam proprio solo tua pessima membra
quæ sit, sensissent, vltio iusta Dei.
Nos O sic salui (queîs tu malesana noceres)
euasissemus damna futura diu.
Anglia nam membrum sæuum, crudelius vllum,
inuenire sibi, nec sibi ferre potest.
Nam tua perpetuum molitur vita periclum:
& sunt quæ voluis sanguinolenta nimis.
Ecce Comes Regis pater (est lachrymabile fatum)
ingenio Dux est obrutus ecce tuo.

Sed Deus has mentis labes, peccata nefanda,
(cognita sunt illi) non feret illa diu.
Tu sperare potes vitæ tormenta, salutis
amplius haud superest, spes tua mortis erit.
Aspice diuino pœnas de numine mitti:
aspice pro meritis fata ferenda tuis.

G. M.



¶ In Mariam Stuartam Reginam Scoticam, Satyra.

QVæ fuit egregio Derlino iuncta Stuarta:
sustulit illa suum sæua virago virum.
Et quem non potuit morientem auferre veneno,
hunc fera, sulphureo puluere tollit humo.
Quæ te dira mouet rabies? quæ vexat erynnis?
Guisia progenies, gens inimica Deo?
Cur petis ipsa nouos thalamos? vt victima possit
sæpe recens fieri, bustaq; plura dari?
Quis nisi Bothuelius, tali concumbere dignus?
lactucas similes talia labra tenent.

Tigris

Tigris alit mentem, panthæra in pectore regnat,
lacte lupus nutrit, corpore Dæmon inest.
Nostra quis enumeret, quibus est imbuta Stuarta?
omnia nemo potest: plurima namq; latent.
Quisquis at infœlix talem dignatur amicam:
toxica, præmonitus, multa parata sciat.
Quòd si difficile est, vitam violare veneno:
sulphureo, caueat, puluere tecta rapi.
Opprobrium mundi, redigatur talis ad Indos:
vel focus absumens corpus in alta ferat.



P. R. Scotus.

